Tabula omnium [illegible] [illegible] omnium [illegible]
[illegible] Prio[illegible]

Capitula

Prohemium et introductio primi libri [illegible] 1.
De electione offitii [illegible] 2.
De iuramento off[illegible] et [illegible] 2.
De [illegible] off[illegible] et auct[illegible] cap.º 3.
[illegible] dignitatione generalis camerarii [illegible] qui tenet vic[illegible] cap.º 4.
De elethone offitii et iuramento [illegible] et salarii cap.º 5.
De elethone gualdanorum et eorum off[illegible] et auct[illegible] cap.º 6.
De baiuli elethone iuramento offitio et auct[illegible] cap.º 7.
Quod [illegible] teneant [illegible] cap.º 8. 13
Quod qui non possidet per tres [illegible] cap.º 9.
Quod nullus possit confirmari in eodem offitio [illegible] cap.º 10.
Quod vicarius non possit non possit [illegible] 11.
De festivitatibus custodiendis cap.º 12.
De mercede executionum vicarii cap.º 14.
Quod vicarius non possit procedere in maleficiis [illegible] 15
De mercede camerarii de retentione bes[illegible] [illegible] concess[illegible] 16
cap.º 17.

Tabula Secundi libri.

De modo et ordine procedendi in criminalibus cap.º 1.
De pena maledicentis deum vel alios sanctos eius cap.º 2.
De pena percutientis aliquem cum armis ferreis et aliis cap.º 3.
De pena facientis insultum contra aliquem cap.º 4.
De pena facientis [illegible] per quam turbat status universi 5.
Quod minores decem annis non teneantur ad banna nisi ad [illegible] cap.º 6.
Quod in civilibus vel criminalibus non possint testificari [illegible] cap.º 7.
Qualiter pene duplicentur in delictis [illegible] commissis cap.º 8.
De pena parantis se alicui vel aliquem derobbantis cap.º 9.
De pena turbantis aliquam possessionem vel tenutam

[illegible] potas et vicarius [illegible] deducere [illegible] processus — cap°
De pena facienti compositionem cum [illegible] — cap°
Qd nō possit proced. inter coniunctos [illegible] — cap°
Qd non possit procedi per vi [illegible] a 100 sol. [illegible] inobedien. cap°
[illegible] per [illegible] opponentis se bailulo vel non permitten. pignorari [illegible] — cap°
Qd potas non possit cognoscere [illegible] de comissis tpore sui off. [illegible] eden. cap°
De pena non probantis accusam — cap°
Qd in maleficijs [illegible] et vicarius possint procedere de similibus ad sim. cap°
De pena ludentis ad ludum [illegible] cartaz — cap°
De pena comittentis fraudem in suo officio — cap°
Qd medietas condemnationum sit potatis et altera cois — cap°
De pena [illegible] dantis [illegible] incendio vel furto — cap°
De pena [illegible] alicui aliquam iniuriam — cap° 23
De pena percutientis seu occidentis aliquam bestiam — cap° 24
De pena forensium portantium arma per dictaca stra — cap° 25.
De pena contra genaz portantiu arma per dicta castra — cap° 26.
De quarta parte [illegible] capitei malificior — cap° 27
De medietate penaz detrahenda per pacem — cap° 28
De quarta parte detrahen. per solutioné infra tempus — cap° 29
Quod liceat a sententia appellari infra decem dies — cap° 30

Tabula tertij libri.

De ordine procedendi in civilibus causis — cap° 1
Qualr procedat in confessis et de executione instrumentoru — cap° 2
Qualr procedat in cais in quibus producitur libellus — cap° 3
Quod reus non audiatur nisi refectis expensis — cap° 4
Qd testes in civilibg cais recipiantr in vna dies a die contestata lite — cap° 5.
De salario soluendo in civilibus cais — cap° 6
Qd scripture reperte in inschis valeant — cap° 7.
De questionibus inter coniunctos et convicinos compromittantur — cap° 8
Qd homines domu in dca universitate nō haben. possint citari in platea — cap° 9
De sapiente petito et qualiter — cap° 10
Qualiter mulier dotata succedere non debeat ab intestato — cap° 11

Tabula quarti libri [illegible]

De bestijs dañu dan' in possessionibus seminatis ——— cap° [1].
De bestijs damnu dan' arboribus [illegible] ——— [2].
De bestijs damnu dan' in vineis et pergulis ——— cap° 3.
De damnu dan' personarum uel bestijs in horto croco uel canipa ——— cap° 4.
De bestijs damnum dan' in pratis ——— cap° 5.
De bestijs damnu dan' ad metā [illegible] uel marginibus ——— cap° 6.
De personis damnu dan' in aliquo genere segetum [illegible] ——— cap° 7.
De damnu dan' p[er]s' in vineis [illegible] deportan' tribus racemis ——— cap° 8.
De damnu dan' personal[ite]r a[illegible] ——— cap° 9.
De incidentibus in silua [illegible] cois ——— cap° 10.
De damnu dan' forensibus in territorio [illegible] ——— cap° 11.
Q[uo]d pene in commissis de nocte duplicentur ——— cap° 12.
Q[uo]d nulli liceat retinere ultra tres porcos ——— cap° 13.
Q[uo]d Vicarius teneatur exigere infra decem dies omnes inuentiones cap° 14.
De bestijs damnu dantibus pascendo in possessionibus in quibus sunt [illegible] 15.

Tabula quinti libri extraordinarior[um]

De modo imponendi collectas ——— cap° 1.
De custodijs faciendis ——— cap° 2
De personis uel bestijs transeuntibus per possessiones seminatas ——— cap° 3
De haben' possessione' iuxta uiam cois ——— cap° 4.
De volentibus plantare iuxta confines possessionum ——— cap° 5.
De arboribus pendentibus supra possessione alterius ——— cap° 6
De extrahentibus terminos de possessionibus ——— cap° 7.
De proiecentibus turpitudinem de fenestra uel boscho ——— cap° 8
De sulcis mittendis in possessione ——— cap° 9.
De occupantibus uias communis ——— cap° 10
De lauantibus a molendino supra ——— cap° 11
De mensuris et ponderibus et non dan' iustu' pondus uel mensura' cap° 12
De capientibus columbos ——— cap° 13

II v

In Dei noie Am. Hoc est Statutu Castrou Apinai et Pollignani divisu in quinq libris in primo libro de electione offitiou, ubi in nobemnii apparent descripta decem et obto capitula, In secundo vero libro maleficiou triginta capitula In tertio libro ciuiliu undecim capitula In quarto lib. dannoru datou Quindecim capitula, In quinto et ultimo extraordinariou tredecim, quod Statutu fuit per me Domitium Spineu notariu publicum Spoletinu circa annos sex fideliter scriptu exemplatu et copiatu ex alio libº Statutou veter dictou Castrou de verbo ad verbu ad instantia non nullou de dictis Castri hodie vero reuisu et diligenter auscultatu cu eodem originali una cum discreto [illegible] D. Jacobo Gentilitto notario publico Spoletino, ad instantiam nobilis viri D. Rogerij et Gentilitti causidici Spoletini, et dictou Castrou, ut asseruit, sindici et procuratoris, Sub anno a virginio partu millesimo quingentesimo octuagesimo sexto, Indictione decimaquarta, die sabati quarta mensis Januarij dicti anni, Sedente Sixto Quinto Pontifice maximo, anno primo, Et quia concordat cu originali, Ideo Ego idem Domitius qui supra solitum meum signu apposui et publicaui requisitus.

Et ego Jacobus Gentelitus de Spº publicus Apca [illegible] notarius predictis auscultationi et concordationi una cu supradicto D. Domitio interfui et quia concordat cum originali ideo solitum meum signum hic inferius apposui requisitus

Officior. Liber Primus

IN NOMINE IESV CRISTI

flectendo genua ad consilia et opportunas sanctiones procedendo et salutem animarum loci suiq. populi pacem et quietem concedat per ipsum nonq. difficultates superantur et ab ipso omne datum optimum et omne datum perfectum descendit et sola clementia ac virtute sperandum est. Ut hecque sequitur ad eius reverentiã et honorem ad pacem sempiternam et iustitia inviolatum cultũ in universitate oppidorum Pusignani et apanã et eor. districtu feliciter dirigat ordinat et disponat, Et que secundũ varietatem

…rietate temporu Statuta quoqз varian̄t humana Cum vnaqueqз prouincia abundet in Statu suo et que lemono emergunt nouo indigeant auxilio Ideo reseruatis superfluis similibus et contrarijs in codicibus veterū Statutorum inuolutis p̄is hm̄oi ius municipale vniuersitatis prefate eiusqз territorij et districtus ad laudem prefati dn̄i nostri Jesu x̄pi ac gloriosissime virginis m̄ris eiusdem et Michelis arcangeli Jo: baptę et laurentij sub quorū tutela et suffragio speciali defenditur vniuersitas ista, Necnon ad laudem sacrosanctę Romanę Ecclesię Sanctissimi p̄is Dn̄i n̄ri Dn̄i Clementis septimi pontificis Maximi ac Mag.^ce et Potentis Ciuitatis spolet. ad honorem etiā vnitatem Statū pacificū et Augusti perpetue felicitatis et tranquillitatis locorū predc̄orum Sapientes et prudentes viri Ser Senesius Nicolę et Curtius Perleonis de Pustignano, Riccius benedicti et Florentius Sanij de Apanea municipes honorabiles oppidorū predictorū Statutarij ordinatores et conditores infrascriptorū Statutorum et legis municipalis communis et populi et vniuersitatis eiusdem ad hoc assumpti positi et electi per opportunas et generales Arengas ipius et in hac parte totius communis et populi vicesgerentes ex auctoritate et balia eiusdem concessa sub infrascripta forma et serie dixerunt solleniter ordinandum Statuentes ac vnanimiter ordinantes qd̄ omnia et singula capitula infrascripta et in eis contenta communiter et diuisim in oppidis antedictis quorumqз territorio et districtu a die aperture et publicationis presentiū Statutorum que pro legibus Statutis et municipali iure haberi et teneri ab omnibus debeant et inuiolabiliter obseruari et que perdurent firma permaneant et preualeant omnibus alijs veteribus Statutis et reformationibus que penitus extinxerunt et ex nunc irrita esse voluerunt omnibus etiam alijs constitutionibus prouincialibus et cōalibus prouisionibus ordinatis et decretis non obstantibus ~

Liber 1

De electione officio auctoritate et ordine quatuor Massariorum. cap. 2°

Quoniam publica negocia presertim momentanea facilius et celerius ut experien=
tia docet per paucos absolvuntur, Sicirco prefati Statutarij pro salubriori
regimine ordinaverunt quod annuatim in arenga generali et de mense Junij
celebranda eligantur quatuor massarij de diversis agnationibus universi=
tatis predicte vz maiores annis viginti quinque duo de pusdignano, et reliqui
duo de aganea. Et simili modo et in eadem arenga provideatur de alijs
quatuor massarijs quorum primo loco electorum officium incipiat in calendis
Julij immediate sequentis et successive per sex menses tantum aliorum vero
secundo loco electorum in calen. Januarij et per alios sex menses. Qui massarij
seu electi antequam ad exercitium admittantur in manibus precessorum in forma
solita et consueta de fideliter administrando iuramentum prestent, Et exin=
de omnem potestatem iurisdictionem et auctoritatem a iure communi sa=
cris provincialibus constitutionibus presentibus statutis ac consuetudine quo
modolibet sibi concessa, et generaliter omnem aliam quam ipsa tota Univer=
sitas habere dignoscitur exceptis arduis, eisdem massarijs vicarij ceterique
officiales pro tempore existentes subiacere et parere debeant, ipsisque liceat con
gregare et congregari facere ad eorum beneplacitum adunantias consilia
et arenga, Creare etiam possint duos aut plures compositores rixarum cum
opportuna facultate etiam mittendi ad confinia huiusmodi rixantes ac sub alijs pe
cuniarijs penis eosque ad treguam concordiam et pacem si visum fuerit indu=
cendi nec non liceat dictis massarijs tam in civilibus quam in criminalibus causis
terminos quoscunque atque instantiam ipsam prorogare angustare et reiterare
Et insuper mitigare suspendere cassare et irritare quamlibet condemnatio=
nem et sententiam latam seu ferendam contra aliquos forenses et precipue
finitimos. Super alijs vero sententijs et condemnationibus latis seu feren=
dis contra aliquos de ipsa universitate massarij prefati nullo modo se in=
tromittent nisi quo ad portiones penarum obvenientes vicarijs, quas ho=
nestiori modo reducere possint et valeant, Impresta[illegible] etiam impo=
nere et exigere atque exigi facere cum effectu, Et in illis preponere

et preposit[illegible] per propositis [illegible] massarii[illegible] que
exigere [illegible] maxime eorum modestia [illegible] propter ea
[illegible] imponere et exigere, [illegible] possint prefati massarii una cum
[illegible] adiungendis vir quattuor de Pusignano
[illegible] Apaneae [illegible] opportunitatibus et necessitatibus communis im
ponere [illegible] onera [illegible] et personalia seu mixta nomi
nibus et personis [illegible] teneatque talibus mori oneribus omnes
et si contigerit [illegible] massarii [illegible] substitutis abesse infirma
ri uel mori, auctoritas [illegible] applicetur et remaneat. Et quicquid maiori parte
ipsorum decretum et ordinatum fuerit robur obtineat firmatis quibuscunque non obstan[tibus]

De Iuramento officio et auctoritate Potestatis cap. 2.

Potestas communis Pusignani et Apaneae qui pro tempore fuerit in principio sui
officij iuret et iurare debeat ad Sancta Dei Euangelia corporaliter tactis libris
officium potestariae exercere bona fide et sine fraude, ac ius et iustitiam pe-
tentibus coram eo equalanciae reddere et administrare, presertim pauperibus
orfanis, pupillis, viduis et alijs miserabilibus personis, et salvare et custodire
defendere ipsum commune, homines personas, res et bona ac iura et iurisdictio-
nes ipsius communis Universitatis et ecclesiarum et aliorum piorum locorum eius
necnon observare et observari facere omnia et singula Statuta, ordinamenta
decreta et capitula in presenti volumine contenta, omnesque alias reformationes
quas in posterum fieri contigerit et quod non minuet aut quovis modo ledet ipsum
commune aut iura et iurisdictiones ipsius, Sed illa pro posse manutenebit et recupera-
bit, Et generaliter quod omnia et singula faciet observabit et adimplebit, a[d]
[illegible] aut qualiacunque spectent ad eius officium ex forma iuris et sacrar[um] con-
stitutionum et Statutorum, Et nihilominus si in predictis uel aliquo predictorum fuerit
negligens [illegible] salarium perdat irrecuperabiliter, Qui etiam Potestas non
possit fugi[illegible] auctoritate superiorum nisi tamen concessa [illegible]
statuti.

De electione iuramento officio et auctoritate Vicarij et de hijs ad que tenetur Vicarius cap. 4

Vicarius seu Iudex cōis eiusdem eligatur et eligi debeat cum salario co=
decenti in publicā et generali arenga misso sollēni partito ad bussulas et
pallottas et obtentum per maiorem partē hominum in dicta arenga ex=
istentiū non autem ad standū uel sedendū seu viua voce aut aliās quo=
modocunqȝ teneat et valeat ipso iure, Cuius officium duret et durare in=
telligatur ad sex menses tm̄. Itaqȝ nullus vicarius reffirmari nec ipsius
officium prorogari aut alterius continuare possit nec debeat, et annuatim
in qualibȝ generali Arenga provideri et eligi debeant duo vicarij, vz vnus pro
primo, alter vero pro secundo anno, Volentes insuper dicti Statutarij quod
oēs electio, reformatio prorogatio seu continuatio contra preter aut con=
tra hoc Statutum sit ipso iure nulla et nihilis. Massarij qui desuper aliquid
proponere auderent aut particulares persone consulere tunc virtute dis=
pensationis facte ab aliquo superiore auctoritatem habente contra quem pri=
mū reclamari debeat ab ipsis massarijs, incidant in penam viginti quinqȝ
librarum pro quolȝ massario proponente seu non reclamante, et pro qualȝ
particulari persona consulente, Quiquidem vicarius antequā ad iura=
mentū admittatur realiter et cum effectu dono dare et gratis assignare
debeat cammerario communis pro eodem communi recipienti vnū Ar=
chibusium valoris trium Florenorum cū una libra plumbi, et altera pulue=
ris et cū uasculo ad ipsum puluerē conseruandū sine quibus nullo via ad=
mitti possit, Deinde si premissa adimpleuerit, iuret et iurare debeat
ad sancta dei euangelia corporaliter manibus tactis scripturis sex men=
sibus continue residere in Pustignano et reliquis sex in Avanea, et ibidem
bona fide sine fraude officiū suū exercere et ius et iustitiam petentibus
equaliter administrare presertim pauperibus, orphanis, pupillis, viduis lo=
cis pijs et alijs miserabilibus personis, et ipsum commune et iura ipsius cōis
tueri conseruare et augere pro posse, ac Massarijs parere cominqȝ gratio=
sis et honestis taxationibus et reductionibus de ratis penarū maleficiorū

seu damnorum datorum ipsi Vicario stare et acquiescere, omnem accusationem
et denuntiam coram eo faciendam recipere et etiam omnem inquisitionem vigo-
re presentium Statutorum sibi concessam legitimis tamen indicijs precedentibus for-
mare Quarum accusationum denumptiationum inquisitionum [illegible] que-
relarum ac inventionum teneatur copiam mictere ad cameram co[illegible]
a die qua facta est alias ipso iure penitus evanescant, Et insuper ipse Vicarius
ut negligens puniatur pena prox[ime] inserta, Et procedere debeat et procedendo
statuere terminos et dilationes aliaque substantialia et sollemnia iuditij servare
et ut iudex et officialis communis sententiare decidere et finire omnes causas ci-
viles infra quatraginta dies continuos contestatione [illegible] vel expressa, Cri-
minalia vero infra triginta a die remissionis facte si com[illegible] fuerit vel
a die initiati processus quando contumax quis esset, Quibus temporibus ela-
psis penitus censeantur instantie peremptione nisi forsan a [illegible] fuerit
prorogatus terminus Et nihilominus idem Vicarius et iudex negligens impeditus
puniatur pena quinquaginta librarum pro quolibet processu non examinato
et non expedito, Et [illegible] reus accusatus denumptiatus vel inquisitus
condemnari debuisset Observabitque dictus Vicarius et observari faciet
omnia et singula capitula presentis huius Statuti et etiam reformationes et
ordinamenta imposterum facienda, dummodo contra libertatem ecclesia-
sticam et pacta et iurisdictiones Magnifice et Illustris Civitatis Spoleti non ver-
geant Credentias imponendas eidem non revelabit ad damnum uni-
versitatis predicte, omniaque alia instrumenta et scripturas ad eius offi-
cium spectantia et pertinentes scribet et annotabit pro mercede competenti
et de qua in huiusmodi volumine presentium Statutorum sub speciali rubrica ple-
nius continetur [illegible] scripturis et instrumentis concernentibus interesse
dicti communis que scribere publicare et dare teneatur gratis et absque aliquo sa-
lario, penas damnorum datorum infra decem dies cum effectu a die qua
decererentur incursae in manibus camerarij solvi faciat Quibus elapsis ab ipsis
damnum dantibus nihil ulterius petere [illegible] vel exigere possit, Et nihilominus de
suis pro uno salario ratam obvenientem communi satisfacere debeat, neque
aliquod genus muneris prohibitum ab aliqua persona capiat, neque [illegible]

bat vel commedat cum particularibus personis de vniuersitate predicta vel in priuatis domibus Et durante eius magistratu exire non audebit territoriu dicte ciuitatis seu vniuersitatis absq3 licentia singulorum quatuor massariorum Qui massarij ultra triduum in quolibet semestre concedere licentiam sine generali Arenga non possint, Et casu quo discederet contra formam pntis capituli, massarij prefati teneantur, et possint absq3 aliqua reassigna seu pontatura facienda retinere de salario dicti vicarij pro ratta temporis quo absfuerit, et massarij in premissis negligentes de eorum proprio semper et omni tempore ad tantundem communi predicto teneantur ineuitabiliter, ita qd non possit eis quo ad hoc absolutio aliqua generalis in eoru sindicatu obtenta Finito uero magistratu Vicarius predictus restitutis libris in forma opportuna stabit ad sindicatu suis sumptibus et expensis et rationem villicationis reddat coram sindicatore eligendo per nouos massarios diuersos ab illis sub quoru massariatu gessit officium, et per tempus et prout in capitulo sub speciali Rubrica de Sindicatu officialium latius ordinatur gloriam seu dedecus pro meritis relaturus, Salarium autem quo fuerit conductus percipere uel exigere aut aliunde sibi applicare non possit

De deputatione generalis Camerarij cap. 8.

Camerarius vniuersitatis eiusdem simili modo in Arenga generali premissis substantialibus deputetur, Qui fide et facultatibus sit idoneus et oriundus ex oppidis predictis Quiq3 pro minori salario officium camerariatus voluerit exercere et in principio talis sui officij efficaciter iuret et promittat datis etiam opportunis fideiussionibus camerariatum hmoi fideliter et legaliter exercere pro ipso communi et finito officio predicto omne id et totum qd super et de pecunijs et rebus et bonis eiusdem communis reddere et reconsignare successori suo infra triduum infra quod ratiocinatores poni a concilio et ratiocinari debeant sine alia mora sub pena centum librarum denariorum per camerariu et decem per unuquemq3 de

[illegible] contravenientem seu negligentem ipso facto incurrenda, et nihilominus per
Vicarium et officiales ipsius [illegible] et personaliter compelli debeat camerarius an-
tecessus [illegible] rationem et reliqua resignare, cuius officium durare et durare
censeatur [illegible] menses sicut de massariis et vicariis [illegible] dictum est. [illegible]
tes quod [illegible] expensas nomine dicte communitatis [illegible] est deli-
beratum [illegible] concilii [illegible] consentire seu facere aliter de eorum proprio
expendere teneantur. Et similiter quod non possint aliquid ad exitum commu-
nis ponere compensare vel [illegible] solvere absque presentia et consensu
omnium et singulorum quatuor massariorum. Qui [illegible] monetas et pecunias ad com-
[illegible] expendendas in territorio dicte universitatis recipere
[illegible] nisi de eorum propriis.

De electione et officio duorum viariorum cap.º 6ª

Similiter in generali Arenga duo vicarii videlicet unus de Aparea alter de Pustigna-
no pro uno anno per illos quibus sors obvenerit eligendi dummodo eligan-
tur viri probi et experti et exemplariores. Qui vicarii prestito prius iuramen-
to quod bene et fideliter exercebunt eorum officium teneantur assidue riman
discutere omnes et singulas vias publicas per totum territorium universita-
tis et que invenerint indeterminatas occupatas apprehensas, impeditas in-
gustatas deguastatas seu coopertas possint et debeant una cum vicario [illegible]
tinenti absque ullo iuris ordine terminare redimere disbrigare ampliare re-
ptare detegere et in statum pristinum et opportunum ponere et restituere et ni-
hilominus efficaciter insistere apud curiam dicte universitatis ad effectum ut omnes
et singuli exterminatores occupatores impedientes angustantes deguasta-
tes seu cooperientes huiusmodi vias [illegible] et iuxta penas statutarias puni-
antur. Quotiens autem vicarii predicti seu aliquis eorum fuerint requisiti
[illegible] super aliquo secreto vel differentia viarum [illegible]
aut semitarum privatarum teneantur et debeant ex inspectione loci et
recepta ab adiacentibus informatione tale secretum et differentiam [illegible]
et terminare, et quod per ipsos vel ipsorum aliquem ordinatum fuerit valeat et ob-
servari debeat. Salarium vero dictorum vicariorum sint due libre denariorum pro quolibet

danno Qui aut ordinarii per dictum vicarium neglexerint aut
eis in eoru officio non paruerint pena quinqz librarum denariorum pro quolibet
et qualibet vice puniantur.

De electione gualdarior et eorum officio cap.° 7

Gualdariorum geminata provisio et electio pro uno anno ... arenga prefata
fata ita qd' unicuiqz oppido seu ville dicte universitatis Gualdarius depu-
tetur premisso iuramento, qui custodire teneatur et debeat omnes sege-
tes et fructus arboru et vinearu, nec non siluas bannitas et non bannitas
existentes in territorio dicte universitatis vz quilibet Gualdarius in sua con-
trada seu villa sibi commissa, Et omnes et singulos damnum dantes personaliter
vel cu bestijs in possessionibus, bladis, segetibus, fructibus et silveis alterius,
Et dominis ipsorum bestiarum intra triduum a die illati dani curie denumptiare
puniendos secundum formam pntium Statutor loquentium super danis da-
tis Quoru Gualdariorum denumptiationi plena fides adhibeatur, Et nihil
damnum dantes et domini bestiarie teneantur emendare damnum passum
et per curiam prefatum cogi debeant incontinenti et de facto et ante pene exa-
ctionem Quotiens autem alicuius damni dati cu bestijs vel sine malefactor seu
damnus bestiaru nesciretur et inveniri non posset, tunc et eo casu Gualdarius
illius loci ad instantiam hmoi damnu passi per duos convicinos ab eo eligen
sub iuramento estimari faciant ipsum damnu intra unam diem qua exti-
matione sicut premittitur facta, idem Gualdarius pignorare possit et debe-
at singulos de illa contrada in qua damnu esset datu sub occulto malefactor
seu domino bestiaru, Et ipa pignora assignare curie pro emendatione dani
eiusdem pro portionabiliter contribuenda, ita tn qd' in casu predicto con-
trada ipa ad nullam penam teneatur, Quilibz aut qui se pignorari non pote-
ret ab ipo Gualdario puniatur de facto pena duaru librarum, Et idem Gual-
darius omnino teneatur acceptare tale officiu sub pena si contra fecerit de-
cem libraru den, Et habeat et participet pro qualibz bestia per eum denun-
ciata tres denarios et pro qualibz denunciatione damni personalis sex simi-
les denarios, Et insuper ut damnosi eo magis ab illationibus damnorum

se abstineant, prefati statuentes ordinauerunt quod quatuor massarij possint et
debeant eligere pro eorum tempore custodes secretos Quorum etiam relationi-
bus et denumptijs super damnis datis in secreto retinendis et vicario etiam re-
ferendis et ipsis ac relationibus eorum ut supra facien cum iuramento plene ste-
tur et credat et de penis participare debeat ut supra dictum est de gualda-
rijs Qui gualdarij predicti teneantur referre omnes eorum inuentiones
damnorum datorum vicario de octo diebus in octo dies .

De electione baiulorum et eorum officio et iuramento
Cap.o 8

Baiulus siue numptius eiusdem vniuersitatis similiter deputetur
in generali Arenga pro vno anno premissis subastationibus et ban-
nimentis et ille sit publicus baiulus qui pro minori salario tale officium
exercere obtulerit et ad id sit idoneus, si uero aliquis non offerret uel
insolitum aut enormem salarium expecteret tunc et eo casu baiulus nomi-
netur et deputetur a massarijs cum aliquo honesto salario qui prestito
et iuramento de fideliter exercendo dictum officium teneatur facere
citationes personales uel ad domum habitationis in familijs in oppidis villis et
territorio dicte vniuersitatis Necnon ire cum litteris et ammassiatis ...
ad libitum massariorum ad quantumuis distantem locum extra territorium sub
mercede de qua in capitulo speciali presentium statutorum constat sub pe-
na si replicauerit uel neglexerit pro prima amissionis salarij pro secunda
aut alia uice quinque librorum et ut supra de facto et incontinenti au-
ferendorum Et pro faciliori exercitio baiulatus huiusmodi ordinauerunt dicti
statutarij quod ipse baiulus principalis sicut premittitur electus possit et ua-
leat cuius sumptibus alios socios idoneos sibi adiungere in quolibet
oppido seu villa prout sibi placuerit . Qui prestito iuramento coram
massarijs et in manibus vicarij in forma prescripta ... et sint
publici et autentici baiuli et tam principalis quam adiuncti prefatis debitur
plena fides ac indubitata et veluti personis publicis credatur ,
circa relationes et citationes aliasque ad eorum officia spectan et pertinen
et si de commissione ipsorum citationum in casis ciuilibus aliter non liceret

et pro comodo universitatis et particularium personarum predictorum possit dominus predictus et finito anno et antequam successor iuraverit continuare et exercere officium si voluerit absque tamen novo salario ex publico percipiendo et quicquid per eum factum fuerit valeat et teneat pleno iure non obstante lapsu temporis, Si vero Baiulus aliquis sua conductione durante recusaret seu negligeret citationes et relationes puniatur pro qualibet vice pena decem solidorum Rursus si baiulus aliquis falsas fecerit citationes et relationes ipsas simili pena decem librarum qualibet vice puniatur et omnia damna et interesse de suo proprio patienti emendet Et durante tali officio sub eadem pena non se absentet a curia nisi de mandato massariorum et pro negociis communis, neque pro aliquo apud officium intercedat seu quomodolibet procuratoris se aliorum ingerat.

Massarii teneantur taxare expensas eorum officii Capitulo 9

Item statuimus et ordinamus quod Massarii qui pro tempore fuerint teneantur et debeant in quolibet mense durante eorum officio taxare deliberare omnes expensas factas per eos et quando volunt taxare et deliberare bannum faciant per tres dies ante finem dicti cuiuslibet mensis qui unusquisque qui habet in communi aliquid taxandum vel deliberandum venire debeat coram ipsis Massariis ad videndum dictam taxationem et medio iuramento et prestando dicto aliquid in communi habenti debeat dicere veritatem de quantitate dati rei in commune et iusto precio ipsius rei, Et demum taxetur et declaretur per dictos massarios et dictam taxationem factam scribi faciant in libro speciali communis illam qui dictam rem dederit et sic servetur dictis ordinamentis quod qui aliquid in communi dederit et per iuramentum vel per testes probabit se dedisse taxetur et scribatur ut supra

Quod qui non habet tres libras catasti non possit esse de massariis Capitulo X

S[illegible]mus et [illegible] qd quicumqz de dictis [illegible] non habuerit bo-
[illegible]a ascendentia [illegible] libras catasti non possit nec eligi aut esse
de Massariis [illegible] de camerariis communis aliquo modo non obstantibus
bus quibuscumqz. Et Massarii qui acceperint ad [illegible] officium mas-
sariorum uel camerariorum dictum talem seu tales non habentem [illegible] non habē-
tes dicta tres libras catasti incidant in penam decem den libraz [illegible] of-
ficium massariorum susceperint et exercuerint non possit aliquo modo con-
ueniri durante eorum officio [illegible] contra eos possit fieri aliqua exequtio rea-
lis uel personalis quibuscumqz contrariantibus minime obstantibus. Et
similiter qui non [illegible] in officio massariorum uel camerariorum non possit [illegible]ne-
dere in Palatio cois sine licentia massariorum uel [illegible] fuerit uocatus
a Massariis qui uero commederit sine licentia uel non [illegible] ut sus-
incidat in penam quinqz librarum pro quolibet commedente et qualibet uice et nō
possit se excusare aliquo modo

Quod quis non possit refirmari in eodē officio cap.o ii

Item [illegible] et ordinamus qd quicumqz [illegible] in aliquo officio
cu[illegible] nominis non possit aliquo pacto per aliud semestre immediate
sequens in dicto officio referrmari nec dictum officium sequi sub pena viginti
libraz den. Et tamē non possit habere officium aliquod nisi per sex tamē
menses [illegible] cum vno anno

Quod [illegible] non possit confirmari cap.o ii

Item volumus qd nullo modo et quesito colore aliquis vicarius seu officia-
lis in futurum refirmari possit uel continuare officium post primū semestre
et nullus loqui uel consulere aut arrengare possit nec debeat in fauorem
et [illegible] dicti vicarii seu officialis sub pena [illegible] ducatorum
applicand. Potestati et cōi et [illegible] refirmarentur non valeat et non [illegible]
ipo iure.

De officio [illegible] cap.o 12

Item statuimus et ordinamus qd baiulus cois teneatur et debeat ire et servire communi et specialibus personis per totum territorium Rocche Albericoru ab specialibus personis recepta competenti solita et consueta sua mercede, et citare quamcumqz personã fideliter et referre et eius relationi plene credatur. Ac etiam teneatur et debeat ad petitionẽ Massariorum cois et vicarij ire ad omnia castra et loca convicinia Territorij Rocche Albricor pro uno bonenino pro qualibz vice sub pena viginti sollidoru pro qualibz vice contrafaciente.

De custodiendis Festiuitatibus Capitulo 14.

Item statuimus et statuimus qd nulla persona de dicta universitate [illegible] audeat vel presumat in dicta universitate vel eius tenimento et districtu laborare vel aliquod laborerium facere in diebus et festiuitatibus infrascriptis sed potius ipa festa et dies infrascriptos venerabilr custodire, Et primo Festum Nativitatis Domini nostri Jesu xpi cum duob. sequen diebus, dies Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, Corporis xpi, Dies oes Festiuitatu Beate Marie virginis, oes dies dominicas, oes festiuitates duodecim Apostolor et quatuor evangelistar, Dies festiuitatis sancti Jo. batte, Sancti Laurentij, sancti [illegible]ontiani que est dies xxiij Januarij sancti Blasij sancte [illegible] vice de mense Maij, sancti Angeli de mense Settembris, Sancti Salvatoris, Sancte Catherine, oes dies Veneris Martij, et Veneris sancti, sancti Rocchi, sancti Sebastiani, sancti Eutitij, et Sancti Fortunati que est prima dies Junij, contrafaciens ad[illegible] solvat solidos quinqz pro qualibz persona et vice.

De executione et mercede vicarij Capitulo [illegible]

Item statuimus et ordinamus qd vicarius vel officialis dicte universitatis qui pro tempore fuerit habere petere et exigere possit [illegible] executione bonen unum pro quolibz floreno usqz ad decem, a decem supra usqz ad unum centinarium floren bonen decẽ pro quolibz centenario florenor

7v

...ne sic intelligatur in datione tenuti, a forensibus uero duplum in omnibus respectiue

Qd' Vicarius non possit procedere in maleficijs cap.° 16

Item Statuimus et ordinamus qd' Potestas Vicarius uel officialis dicte Universitatis qui pro tempore erit non possit nec debeat procedere in maleficijs post contestationem litis ad ulteriora sine presentia Massariorum uel maiori parte ipsorum, Et si procederetur aliter, processus et condemnatio uel sententia sit nullius momenti et non valeat.

De mercede Camerarij pro retemptione bestiarum cap.° 17

Item Statuimus et ordinamus qd' camerarius cois qui pro tempore erit pro salario seu sua mercede de bestijs ipsi per curiam consignatis pro exequtore uel alias ab hominibus castellanis dicte Universitatis bonen' unum pro quolibet die et qualibet bestia grossa pro retentione et Stallatico dictarum bestiarum recipere et habere possit et debeat, Sed a forensibus duplum pro quolibet die et qualibet bestia grossa habere debeat et non possit nec debeat uel teneatur retinere dictas bestias ultra decem dies a die consignationis de eis ipsi camerario facte sine licentia Concilij qd' ordinare et providere debeat quid de istis bestijs retemptis faciendum sit infra dictos decem dies, Sin autem camerarius debeat et possit eas dimittere et relaxare.

Quod vicarius et officialis possint procedere in d. d. cap.° 18

Item Statuimus et ordinamus qd' vicarij et officialis pro tempore existentes possint procedere in damnis datis quibuscumque per inquisitionem, denunciam accusam, seu inuentionem, et punire exigere et terminare secundum formam presentium Statutorum de quibus omnibus et singulis penis medietas sit cois dictorum castrorum, Et altera medietas sit Vicarij seu officialis tantum...

Maleficiorum

De modo et ordine proceden' in criminalibus cap.° i

Ne de maleficiis quisque gratulari valeat Statuimus et ordinamus qd' accusatus
siue inquisitus de aliquo maleficio excessu uel delicto citetur per baiulum dicti
Castri uel eius fideiussorem cum tenore inquisitionis ad se excusandum et de=
fendendum ab accusatione siue inquisitione contra ipsum formata, et si fuerit
citatus personaliter sufficiat una citatio et habeatur et sit peremptoria, Si uero
non fuerit citatus personaliter citetur pro secunda et ultima citatione et diuer
sis diebus cu' interuallo inter unam citationem et aliam Que due citationes fiat
ad domu' sue solite habitationis, Et si dictus talis citandus fuerit forensis et no'
habitans in dicta uniuersitate uel eius territorio, citetur bis et diuersis dieb9
in platea co'is et semper citatio fiat una die pro alia, et Potestas uel Vicarius
teneatur et debeat ipsum accusatum uel inquisitum si non comparuerit in dicta
secunda citatione facere exbanniri per precone' dicti co'munis de dicta Vniuer=
sitate et eius districtu in quantitate in qua debet condemnari secundum for=
mam Statutorum dicte uniuersitatis qd' bannum computetur in condem=
natione de ipso fienda, et in dicto exbannimento assignetur eidem exba'nito
terminus decem dierum ad comparendum et se excusandum et defenden'
ab accusa uel inquisitione contra ipsum formata, Et si dictus accusatus uel
inquisitus fuerit tunc absens a dicta uniuersitate et eius districtu uel alle=
garet aliquis absentiam pro ipso et iurauerit non calumniose ipsum allegare
tunc assignetur sibi terminus geminatus ad ueniendum et comparendum
coram dicta Curia ad se excusandum et defenden' ab accusa uel inquisitione
predictis Et si dictus accusatus uel inquisitus non comparuerit in termino
dicti banni, tunc Potestas seu vicarius poterit ipsum condemnare de male=
ficio siue delicto de quo contra ipsum proceditur, Et dictum bannum com=
putetur in condemnatione ipsa Si vero dictus accusatus siue inquisitus
comparuerit coram Curia teneatur Potestas et Vicarius dicte Vniuersita=
tis ipsum recipere ad excusationem et defensionem Qui talis excusandus
teneatur et debeat dare curie dicte Vniuersitatis idonea' fideiussionem
de soluendo condemnationem faciendam Quam si non dederit ad excusa=

-andum nullatenus recipiatur, volumus tamen qd' non obstantibus predictis possit quilibet inquisitus siue accusatus usque ad sententiam exclusiue se presentare et se deriussionem prestare et excusare eius contumacijs non obstantibus, et tali comparenti assignetur terminus quinque dierum et peremptorie ad omnem suam defensionem faciendam.

De pena maledicentis Deum uel sanctos. cap.° 2

Item statuimus et ordinamus qd' si quis blasfemauerit aut maledixerit Deum uel beatam mariam virginem puniatur in viginti libris denariorum Si uero adomptauerit Deum uel beatam virginem puniatur in decem libris denariorum Si uero blasfemauerit aut maledixerit aliquem sanctum uel sanctam puniatur in quinquaginta solidis denariorum, si uero adoptauerit siue dispectauerit aliquem sanctum uel sanctam in uiginti sollidis denariorum puniatur sed curia teneat tunc ipsi contrafacienti ut supra denunciare commissam cum testibus uel uerba denunciatoria.

De pena percutientis aliquem cum armis cap.° 3

Item statuimus et ordinamus qd' si quis iniuriose et malo modo percusserit aliquem cum armis ferreis uel ferratis bastone uel lapide sagittis sagittatis cum arcu uel balestra uel quocumque alio genere armorum et sanguis exiuerit condemnetur delinquens in viginti quinque libris denariorum, et si sanguis non exiuerit uel membrum debilitatum uel fractum non fuerit in duodecim libris denariorum condemnetur A collo uero supra dicte pene duplicetur, et si ex aliqua percussione cum dictis armis ossum frangeretur uel rumperetur uel aliqd' membrum debilitaretur condemnetur delinquens in centum libris denariorum et si ex percussione facta cicatrix fuerit in facie perpetuo remansura aut fractura cranei condemnetur delinquens in centum libris denariorum et si quis admenauerit cum dictis armis uel aliquo eorum siue aliquem lapidem proiecerit seu sagittam sagittauerit contra aliquam personam et non percusserit condemnetur in decem denariorum libris, q... libet uice. et si quis aliquem percusserit calce pugno uel manu va-

cua et sanguis exiuerit in uigintiquinque libris denariorum condemnetur, Et si sanguis non exiuerit condemnetur delinquens in decem libris denariorum, Et predicta intelligatur a collo infra, A collo uero supra dicte pene duplicentur. Si quis uero ceperit aliquem iniuriose per personam capillos siue barbam puniatur in quindecim libris denariorum, Et si dicta de causa ceciderit in terram et sanguis non exiuerit condemnetur delinquens in uiginti libris denariorum. Si uero sanguis exiuerit condemnetur in triginta libris denariorum et hoc intelligatur a collo infra. A collo uero supra pene predicte duplicentur. Et si quis uero iniuriose aliquem impinxerit et non ceciderit condemnetur in quinque libris denariorum. Et si ob dictam impinctam ceciderit in terram et sanguis non exiuerit puniatur in uiginti libris denariorum, Et si sanguinis exiuerit puniatur delinquens in triginta libris denariorum, Et hoc intelligatur a collo infra Si uero fuerit a collo supra pena duplicetur, Et si quis uero euaginauerit spatam uel cultellum iniuriose contra aliquem et non adminauerit nec percusserit in duodecim libris denariorum condemnetur

De pena facientis insultum contra aliquem Capit. 4

Item statuimus et ordinamus quod si quis irato animo et malo modo fecerit insultum seu aggressuram contra aliquam personam ad domum uel possessionem suam siue conductam sine armis condemnetur in duodecim libris den. si uero cum armis in uigintiquinque libris denariorum condemnetur, Si uero ad Arengam concilium siue ad ecclesiam dum celebrantur diuina officia et sine armis in uigintiquinque libris denariorum condemnetur, Si uero cum armis in quinquaginta libris denariorum condemnetur, Et si alibi quam in locis predictis si sine armis in decem libris denariorum condemnetur. Si uero cum armis in uiginti libris condemnetur, Sed quando post insultum sequitur maior pena insultus confundatur

De pena facientis rixam capitulo 5.

Item statuimus et ordinamus quod si quis fecerit rixam siue mischiam cum aliqua persona propter quam rixam status pacificus dicte Vniuersitatis

turbaretur qd' condemnetur viginti quinque libris denariorum et turbatio pacifici status ubi et quando foret commotio maioris partis hominum dicte universitatis armatorum.

Minores decem annis non teneantur ad banna cap.° 6

Item statuimus et ordinamus qd' minores decem annorum non teneantur ad penam alicuius delicti uel maleficij (esceptis damnis datis) pro quibus teneantur secundum formam statutorum loquentium de damnis datis.

De illis qui non possunt esse testes Cap.° 7

Item statuimus et ordinamus qd' in ciuilibus uel criminalibus causis non possint testificari minores masculi quatuordecim annorum et femine duodecim annorum et si aliter fieret attestationibus talium nulla fides adhibeatur, et potestas nec vicarius cogere possint tales minores ad testificandum in aliqua causa esceptis in damnis datis.

Qualiter pene duplicentur in maleficijs cap.° 8

Item statuimus et ordinamus qd' de omnibus et singulis maleficijs excessibus et delictis de nocte commissis et committendis pene delinquentibus duplicentur et etiam duplicentur in arenga, ad ecclesiam, ad ritam, et in presentia potestatis uel vicarij et intelligatur nox ab occasu solis et dies ab ortu solis

De pena separantis uel derobantis alicui cap.° 9

Item statuimus et ordinamus qd' si quis parauerit alicui uel ei derobauerit uel depredauerit et ab eo abstulerit et in eius utilitatem diuerterit et res ablata asconderet summam uel ualorem a quinquaginta sollidos supra condemnatur in quinquagintis libris denariorum et si res seu valor rei non ascenderet ad dictam summam ut supra condemnatur in uiginti quinque libris den. et ad restitutionem rei ablate d(omi)no ipsius rei in duplum.

De pena turbantis possessionem uel tenutam cap.° X

Item statuimus et ordinamus q(uo)d si quis [illegible] seu tur-
bauerit aliquam possessionem seu tenutam alicuius condempnetur
in libris uigintiquinque den(ariorum), et ipsam possessionem siue tenutam infra
octo dies in statum pristinum reponere teneatur cum fructibus inde receptis
estimandis per duos bonos homines ad predicta ponendos non obstan(te)
aliqua promissione ciuili

Potestas uel vicarius teneant(ur) deducer(e) ad effectu(m) processus cap.° 11

Item statuimus et ordinamus q(uo)d potestas siue vicarius teneatur et debeat
expedire omnes et singulos processus cuiuscunque delicti maleficij
uel excessus infra duos menses a die prime citationis et sententiam
et sententiam ferri infra dictum tempus et si non expediuerint ut di-
ctum est processus et sententia non teneat nec ualeat ullo iure, et se-
tentie ferende per potestatem uel uicarium dicte vniuersitatis
legantur in consilio bandito dicti communis ad quas audiendas
citentur condemnandi siue absoluendi per baiulum dicti commu-
nis antequam ferentur q(uo)d tali die uel hora compareant ad ipsas au-
diendas et si dictus condemnandus fuerit absens a dicta vniuer-
sitate siue eius districtu citetur in platea dicti communis, et casu quo
in aliquo processu laberetur tempus duoru(m) mensium quominus expe-
diretur processus et sententia non valeat ut supra, et ipsum processu(m)
potestas siue vicarius reinitiare non possit et si reinitiauerit non va-
leat ipso iure.

De pena facientis compositione(m) cum potestate cap.° 12

Item statuimus et ordinamus q(uo)d nullus audeat uel presumat facere ali-
quam compositionem cum Potestate dicte vniuersitatis tam presentis q(uam)
futuris per se uel per interpositam personam de aliquo malef(icio) [illegible] excessu

uel delicto ante latam sententiam malefitij sine consensu massariorum sub pena decem librarum denariorum et qui etiam Potestas nullo modo componere possit cum aliquo de malefitio aliquo ante latam sententiam vinculo sui iuramenti pena sui salarij .

Quod non possit procedi inter coniunctos cap. 13

Item Statuimus et ordinamus qd' Potestas siue vicarius non possit nec debeat procedere contra coniunctos uel attinentes infra tertium gradu inclusiue nec contra virum et vxorem famulum dominum discipulum et magistrum nec qui morantur in eadem famiglia nisi per accusa innati sed si sanguis exiuerit procedatur et puniatur in medietate pene

Quod non possit possit procedi per inquisitione c. 14

Item Statuimus et ordinamus qd' Potas uel vicarius dicte vniuersitatis non possit procedere per inquisitione contra aliqua personam occasione inobedientiarum committendarum a centum sollidis infra , et si procederet non valeat nec teneat ullo iure .

De pena opponentis baiulo uel [illegible] permittentis se pignorari cap. 15

Item Statuimus et ordinamus qd' si quis parauerit se baiulo dicte communis uel pignorari non permiserit uel eius fideiussori puniatur in centum sollidis denariorum pro quolibet et qualibet uice et de predictis credatur dicto baiulo sine eius fideiussori uel substituto cum iuramento denouo prestando

De pena non probantis Accusam Capitulo 17

Item Statuimus et ordinamus qd' quicumque produxerit accusam aliqua contra quamcumque persona dicte vniuersitatis et eam non legitime

prohibuerit condemnetur in quadraginta solidos denariorum.

Qd in maleficiis possit procedere de similib9 ad similia cap.o 18

Item Statuimus et ordinamus quod potestas et vicarius dicte universitatis possint procedere de similibus ad similia de omnibus et singulis maleficiis excessibus et delictis commissis et committendis inter quascumque personas secundum formam Statutorum dicte universitatis, et quod ad Statuta alterius loci procedi et reassimiliari non possit, et si contra formam presentis capituli factum fuerit non teneat ipso iure.

De pena ludentis ad ludum taxillorum uel Cartarum cap.o 19

Item Statuimus et ordinamus qd nullus audeat presumat uel possit ludere in dicta universitate et eius districtu ad aliquem ludum taxillorum siue cartarum ad quem ludum uincantur uel perdantur denarii nisi ad res commedendi et bibendi, Et contrafaciens puniatur in quinque libris denariorum et qd nullus prestet ad dictum ludum tabulerium uel lumen sub dicta pena, et nullus receptat in domo sua uel taberna tales ludentes sub eadem pena, Et hoc pntis Statutum habeat locum etiam in festiuitatibus natiuitatis domini nostri Jesu Christi contra ludentes ad dictos ludos, Et si quis inuentus fuerit ludere in locis absconditis et secretis ad dictos ludos puniatur in decem libris denariorum Possitque officialis prouidere contra ludentes predictos per accusam et per inquisitionem non obstante quocumque alio Statuto dicente qd in ludo non possit procedi nisi per accusam gualclariorum secretorum, qd Statutum tollimus et cassamus et hoc pntis Statutum seruari uolumus.

De pena committentis fraudem in suo officio Capitulo xx.

Item statuimus et ordinamus qd si quis cōmisserit fraudem in suo offi-
cio puniatur in centum sollidis denariorum qualibet vice et emendat
damnum communi siue speciali persone contra quem dicta fraus com-
missa apparerat.

Quod medietas condēnationū sit potatis, altera cōis capitulo 21

Item statuimus et ordinamus qd medietas omnium et singularum
condemnationum factarum et fiendarum de maleficiis excessibus
et delictis per Potestatem et vicarium dictæ vniuersitatis sit Po-
testatis et vicarij qui pro tempore fuerint, et alia medietas sit cōis
dictorum castrorum Sed potestas neq̄ curia possit secum aliqua
persona concordare neq̄ partem aliquam ipsorum excigere de et ex
quacunq̄ pena nisi prius concordata et soluta parte communis et par-
tem aliquam habere non possint nisi per manus camerarij et non
aliter nec alio modo

De pena damnum dantiū ex incendio uel furto cap.º 22

Item statuimus et ordinamus qd si quis dederit damnum ex incen-
dio uel commiserit furtum in vigintiquinq̄ libris den condemnetur et da-
mnum emendet patienti in duplum.

De pena reimproperantis alicui aliquam iniuriam cap.º 23

Item statuimus et ordinamus qd si quis reimproperauerit alicui aliquam
iniuriam uel verecundiam sibi uel suo consanguineo ac affini factam
et maxime mulieris uel mortis alicuius uel alterius enormis delicti cō-
demnet in vigintiquinq̄ libris denariorū et si quis dixerit alicui
homicida adulteri, proditori et hijs similia in libris quinq̄ puniatur pro
quolibet tali uerbo iniurioso, et de alijs uerbis iniuriosis puniatur pro quo-
libet in libris duobus cū dimidio

De pena percutientis aliquam bestiam capitulo 24

Item statuimus et ordinamus qd' si quis percusserit aliquā bestiam alienam ualoris à centum sollidis supra et occasione percussionis mortua esset seu magangiata puniatur in decem libris den' si fuerit bestia grossa si uero bestia minuta puniatur in tribus libris den', si uero dicta bestia fuerit ualoris à centū sollidis infra puniatur in centū sollid' denarioꝝ et semper damnū emendet patienti in duplum que bestia estimetur p' duos conuicinos electos per curiam, ad quam estimationem faciendam conuicini facere teneantur infra tres dies post preceptū eis factū per curiam sub pena decem sollidorū den' pro quolibet ipsoꝝ, et si partes concordauerint inter se malefactor ad emendam dupli non teneatur sed solum teneatur ad penam.

De pena forensium portantium Arma capitulo 25

Item statuimus et ordinamus qd' nullus forensis audeat uel presumat in dictis castris dicte vniuersitatis uel aliquo eorum portare aliqua arma uel aliqd' genus armorū sine licentia vicarij officialis siue potestatis dicte vniuersitatis et qui contrafecerit in centum sollidis denariorum puniatur aliquo statuto in contrarium non obstante.

De pena conterrigenarum portantium Arma capitulo 26

Item statuimus et ordinamus qd' nulla persona de dictis castris Pusignani et Apanee uel aliquo eorū uel de eorū districtu cuiuscunq3 sit status qualitatis aut conditionis possit nec audeat decetero portare per dicta castra uel aliqd' eorū et extra usq3 ad loca prohibita aliquod genus armorum offensibilium sub pena et ad penam quinquaginta sollidorū den', nec etiam in addunantia uel in aliquo dictorum castrorū uel alicuius eorū ecclesia uel palatio sub pena et ad penam quinq3 libris den' pro quolibet et qualibet uice et de nocte duplicetur dicta pena v3

post unam horam noctis et hoc statutum volumus de cetero inviolabiliter observari.

De quarta parte detrahenda confitenti maleficium capitulo 27.

Confessus maleficium de quo contra eum procederetur coram dictorum castrorum Curia tempore sue excusationis puniatur in quarta parte minus quantitatis in qua puniri deberet per formam capitulorum presentium statutorum loquentium de maleficijs de quibus contra eum procederetur et in dictum ipsum maleficium de quo contra eum procederetur confessio in sententia contra eum ferenda quarta pars detrahatur, excepto in quantitatibus in viginti sollidis et in hijs de quibus creditur per formam statutorum de facto, excepto homicidijs furtis et robbarijs etc., Addimus si tamen confessus maleficium ad voluntatem procedentis satis dederit.

De medietate penarum detrahenda propter pacem, Capitulo 28.

Si de aliquo maleficio seu iniuria de quo seu de qua procederetur per Curiam communis dicte universitatis contra aliquem seu aliquos facta fuerit pax ab iniuriato vel eius heredibus iniuriato vel eius procuratori et de ipsa pace appareret publicum instrumentum introductum coram Curia dicti communis per ipsum iniuriatum seu eius procuratorem quecumque ante sententiam super tali maleficio seu iniuria precedencia Talis maleficium comittens seu iniuriam et instrumentum pacis modo quo supra producens puniatur et condemnetur media parte pene minus banni seu pene quo seu qua deberet condemnari secundum formam capitulorum presentium statutorum De qua iniuria seu maleficio loqueretur De quo banno seu pena tempore ferende sententie in ipsa sententia data mediam pars detrahi debeat propter pacem predictam et si aliter fieret sententiam non valeat ipso iure

De quarta parte detrahenda propter solutionem infra tempus capitulo 29

Item statuimus et ordinamus qd' quicunque soluerit camerario commu=
nis dictorum Castrorum Pustignani et [illegible]nei condemnationem de
eo factam infra decem dies à die late sententie numerandi quarta
pars sue condemnationis detrahatur et eidem diminuatur. Ad=
ditum est huic capitulo qd' quicunque non soluerit suam condem=
nationem infra dictum terminum decem dierum soluat et soluere
teneatur quartum plus pene quam soluere debebat si solueret infra
dictum terminum.

Quod liceat à sententia appellari infra decem dies capit°. 30

Item statuimus et ordinamus qd' sentiens se grauatum ab aliqua
sententia ciuili uel criminali lata per potestatem seu vicariu dicte
vniuersitatis possit et ualeat appellare infra decem dies à die late
sententie ad Curiam generalem Ducatus Spoleti infra alios decē
dies prossimos subsequentes debeat et teneatur prosequi per appel=
lationem, als' appellatio sit deserta et contra talem posset fieri exequ=
tio et contra fideiussorem, et etiā in bonis eorū, Volumus et qd' qui=
cunque senserit seu dixerit se grauatum ab aliquo processu ciuili
uel criminali uel et condemnatione seu sententia possit et liceat pe=
tere sapientem suis expensis et eidem petenti sapiens concedatur
sumptibus petentis dummodo petatur infra decem dies à die late sen=
tentie et non post, Et in predictis seruetur ordo et modus traditus in
capitulo de petitione sapientis.

Causarum civilium liber ij

De ordine procedendi in civilibus causis cap. i

Citatus coram curia universitatis castrorum Pulsignani et Apanei ad peti-
tionem alicuius per baiulum communis dictorum castrorum occasione
civili, Si citatus esset domi solite habitationis et contumax fuerit ite-
rum citetur suis expensis pro secunda citatione et peremptone Que se-
cunda citatio peremptoria habeatur, Actore tamen comparente in ipsis
terminis et ipsius citati contumaciam accusante, Si autem citatus fuerit
personaliter actore predicto comparente in ipso termino citationis et ipsius
contumacia accusata ipsa citatio personaliter facta peremptoria habeatur
et contra eum possit procedi absque aliqua alia citatione, Et si citatus
modo quo supra non venerit in termino ipsarum citationum et contumax
fuerit quo supra modo, tunc per vicarium detur et pronumptietur tenuta
contra ipsum reum citatum ad petitionem actoris secundum tenorem
sue petitionis uel sui instrumenti uel protocolli recepto prius iuramen-
to ab actore quod ea que petit non animo calumnie petit sed pro eo quod
iuste petere potest et debet, et quod ei uel alteri pro eo de ipsa re et quan-
titate petita in totum uel in partem non est in aliquo satisfactus, Et
predicta tenuta detur mobilium dupli, immobilium tripli et possit
dari ad petitionem actoris in rebus stabilibus non obstante quod invenirentur
res mobiles, Et quod ipse Actor possit capere tenutam in rebus stabilibus
et mobilibus prout ipsi actori placuerit, Et etiam talis reus exbanniatur
ad petitionem actoris si ipse Actor voluerit et petierit in quantitatem
contra eum petita et expensis, Si autem bona mobilia uel immobilia
talis rei non invenirentur, detur actori tenuta in bonis debitorum, Et
nihilominus exbanniatur ad voluntatem actoris in quantitate petita et
expensis, Et unam ex predictis viis et ambas vias possit actor predi-
ctis petere et consequi, Et vicarius curie communis sibi faciat prout petitum fue-
rit per actorem, Et in ipso banno penam imponat viginti sollidorum commu-
nium in quo banno sibi terminus assignetur trium dierum infra quem si non
comparuerit sit et remaneat exbanditus dicto actori et dicto communi

predicto. Et baiulus qui dictam tenutam dederit dicto actori precipiat ipsi personaliter uel domui eius solite habitationis quod ipsam tenutam recolligat infra terminum decem dierum infraque terminum si non recolligerit et satisfecerit expensas ipsi actori Vicarius ipsius comunis debeat ipsi reo facere relaxari et dimitti ipsi actori superfluum quod ipse actor cepisset in tenuta ultra quantitatem petitam et expensas factas (primo duobus bannimentis de ipsa tenuta per baiulum communis factis in palatio dicti comunis) in quibus bannimentis assignetur terminus trium dierum, ad volendum dictam tenutam emere et plus offerenti detur (precedente tamen etiam estimatione duorum hominum communiter eligendorum per partes uel curiam si uidetur curie) Et si quis in termino dictorum bannimentorum uel alicuius eorum non comparuerit ad dictam tenutam recolligendum uel defendendum uel emendum ponantur duo massarij seu estimatores per judicem dicti comunis ad petitionem actoris de adiacentibus loci ipsius tenute ad estimandum ipsam tenutam qui partibus non attineant in primo uel in secundo gradu si ibidem inuenientur uel ad voluntatem curie dummodo non attineant modo predicto partibus predictis Qui Massarij sint ponendi sine aliquo precio, iurent ad sancta dei euangelia tactis scripturis estimationem facere de ipsa tenuta uel re super qua essent positi bona fide et sine fraude infra tertiam diem postquam positi forent et mandatum fuerit eisdem pena quinquaginta sollidorum pro quolibet et qualibet vice de facto auferenda Et demum facta estimatione ipsius tenute uel rei per curiam ipsius communis detur et adiudicetur ipsi actori ex secundo decreto uel tantum de ipsa tenuta quod valeat quantitatem petitam et expensas.

Qualiter procedatur in confessis, et de executione publicorum instrumentorum caput

Confessionem aliquam facienti in iudicio de aliquo debito uel re uel quantitate petita contra eum per aliquem, Et si contra quem produceretur per aliquem in iudicio aliquod instrumentum publicum uel protocolli

non vitiatum non cancellatum nec in aliqua sui parte suspectum vicarius
sive curia dicte universitatis precipiat ad petitionem ipsius Actoris
seu ad petitionem creditoris quod ipsam quantitatem seu debitum vel
Rem per eum confessatam seu que ad quod continetur in tali instru=
mento uel protocollo det et solvat ipsi petenti seu creditori damna et expen=
sas infra decem dies à die facti precepti predicti pena viginti sollidorum pro
quolibet die quo fuerit in mora post dictum terminum dummodo dicta pena non
possit ascendere summam trium librarum, Et iudex et Curia dicti communis
teneatur et debeat ad petitionem actoris contra inobedientem et contra
facientem procedere per accusam et inquisitionem et omnem modum post
ipsum terminum decem dierum et ipsum cogere in palatio realiter et perso=
naliter elapso dicto termino ad voluntatem petentis seu creditoris et de
ipso palatio non discedat donec satisfecerit creditori de debito et expensis
et si non cogeretur in dicto palatio tunc ad petitionem ipsius contra pre=
dictum debitorem detur tenuta de bonis eiusdem ipsi creditori pro
quantitate petita et expensis, Et contra eum procedatur ut supra in
alio capitulo continetur contra contumaces, Salvo et reservato quod
liceat ipsi reo confitenti uel contra quod produceretur aliquod instrumentum
uel protocollum producere et opponere contra ipsum preceptum et contra
ipsam confessionem seu contra ipsum instrumentum uel protocollum
in quinque dies à die facti precepti predicti exceptiones infrascriptas videlicet
solutionis quietationis falsitatis et non alias et infra alios quinque dies ipsas
probare debeat et non ultra et si opposuerit alias exceptiones quam predi=
ctas non audiatur. Si quis non fuerit confessus aliquam quantitatem
uel rem in iudicio que esset quadraginta sollidorum, uel à quinquaginta sol
lidorum infra uel contra eum produceret instrumentum uel protocollum
de dicta quantitate quatraginta sollidorum, uel ab inde infra, pre=
cipiatur per Curiam eidem quod non discedat de palatio donec satis
fecerit creditori de quantitate petita et expensis Salvis sibi et re
servatis predictis exceptionibus tribus quas exceptiones uel alterius
ipsarum possit opponere Stando semper in palatio et eas probare infra
terminum predictum Additum est huic capitulo quod si quis forensis

confessus fuerit debitum uel [illegible] exceptionem [illegible]
in dicta Castrorum universitate uel alibi uel contra eu produceret [illegible]
aliqd instrumentum uel protocollum cuiuscumqs quantitatis uel [illegible]
ipse reus cogatur realiter et personaliter pro ipso debito uenire in palatio
communis ad uoluntatem creditoris pro ipsa quantitate et expensis, Re
seruatis tamen ipsi forensi omnibus suis exceptionibus vz pro dictis supra
premissis quas et quamlibz ipsarum possit probare et opponere in dictis ter
minis tantum non discedendo nisi daret idoneos fideiussores de iudicato si
sti et iudicatum soluendo Additum est huic capitulo qd in causis inter
forenses et homines dicte universitatis procedi possit quolibet tempore
etiam feriato ad petitionem cuiuscunqs petentis. t de Palatio

Qualiter procedatur in causis in quibus producitur libellus capitulo 13

Petens in iudicio contra aliquem debitum trium sollidorum uel ab inde
infra cum iuramento de nouo prestando credatur et stetur sine aliqua
probatione dummodo una et eadem vice non possit petere nisi istam quan
titatem trium sollidorum tm uel ab inde infra, Et dummodo de una quan
titate que sibi deberetur nisi per unum iuramentum petere non possit
et non plus A tribus uero sollidis supra usqs in decem stetur et credatur sa
cramento petentis cum uno teste qui non sit familiaris ipsius actoris et ei non
attineneat in primo uel secundo gradu Si uero quantitas fuerit ut
supra tunc actor possit petitionem seu intentionem suam producere et probare
summarie Et vicarius et Curia ipsius communis teneatur facere dari
rem petitam et probatam summarie ad petitionem actoris immediate
usqs ad quantitatem quatraginta sollidorum denariorum Et si quan
titas petita fuerit a quatraginta sollidis supra tunc detur reo libel
lus ab actore si petitus fuerit et detur per curiam ipsius universitatis ter
minus ipsi reo ad opponendum et excipiendum contra ipsum libellum quinqz
dierum et ad respondendum ipsi libello infra terminum predictum et actore
comparente in dicto termino et contumaciam ipsius rei incusante con
eu procedi possit tamqs contra contumacem ut supra in capitulo de

[illegible]his qui continu[illegible] sunt con[illegible] Et si iuramentum fuerit delatum reo
ab actore ex quacumque quantitate [illegible] uel re petita in decem libris dena-
ne eum suscipiat uel prestet iuramentum uel referat actori predicto
Et si reus negauerit rem petitam ipsi actori cum iuramento de nouo
prestando absoluatur a petitione per vicarium dicti Communis ad
hoc ut sit licitum actori per duos idoneos reprobare testes per iuramentum
de nouo prestandum et negationem factam per dictum reum Que reproba-
tio fieri debeat infra quintam diem post negationem factam Saluo quod si
testes essent absentes a dicta vniuersitate Qui testes non attineant actori
in primo uel in secundo gradu consanguinitatis uel affinitatis, qui summa-
ne recipiantur per iudicem ad iuramenta et dicta Et si negatio et iura-
mentum rei fuerit reprobatum uel actoris per ipsos testes, soluat com-
muni ille cui reprobatum fuerit duplum quantitatis quam negauerit uel
indebite iurauerit et reprobatum fuerit in ipso communis de facto; Et si
reus confiteretur uel actor iurauerit et iuramento a reo relato quod uera
sunt petita Per eum cogatur ipse reus et contra eum procedatur ut in ca-
pitulo de confessis et executione instrumentorum continetur Saluo quod si sit licitum
reo reprobare actorem ut supra Que reprobationes fieri debeant infra
dictam quintam diem, Et si reus predictus contra quem libellus esset pro-
ductus responderit ipsi libello seu petitioni et legitimas exceptiones non
opposuerit, tunc super ipso libello seu petitione per partes fiat litis contesta-
tio et prestetur iuramentum calumnie prout fieri debetur de iure, re-
cepto iuramento ab actore quod petita per eum animo calumnie non petit
et iuramento a reo quod credit se iuste defendere et quod petita per actorem ue-
ra non sunt assignetur terminus ipsis partibus ad probandum quicquid
volunt et possunt de iuribus ipsorum viginti dierum et peremptorium, Elapso uero
dicto termino iudex procedat ad sententiam secundum probationes
factas per utramque partem uel condemnationem uel et in illum victori
condemnare in expensis et sententie ferende per iudicem predictum, et
quicquid per eum factum fuerit in predictis valeat etiam si omisse essent
sollemnitates et substantialitates iuris

Quod reus non audiatur nisi refectis expensis. Cap.° 4.°

Citatus coram curia dicte universitatis ad petitionem alicuius ad respondendum de iure in aliqua civili causa in termino ipsius citationis si non comparuerit, actore comparente in termino ipsius citationis non audiatur nisi primo ipsas expensas legitime restituat actori. Et si actor non comparuerit in termino citationis facte de reo, et ipse reus comparuerit in ipso termino solvat reo predicto citato si cum licentia iudicis recesserit pro suo interesse unum bonenenum argenti idem Actor, alias non audiatur Actor, volumus autem quod in qualibet causa et questione victus victori reficiat expensas recepto iuramento ab actore et victore de ipsis expensis factis, et facta prius taxatione per iudicem de expensis

Quod testes in civilibus recipiantur infra decem dies a die litis contestate &c. Cap.° 5

Testes in civilibus causis recipiantur per curiam communis dictorum castrorum pustignani et Apanei infra decem dies utiles a die contestationis litis et iuramenti calumnie prestiti et si aliter ultra dictum terminum reciperentur eorum receptio non valeat ipso iure nisi partes vellent de eorum communi concordia terminum prorogare aut si steterit per absentiam vicarii sive cuiuscumque vel propter aliquod iustum impedimentum steterit vel per absentiam testis volumus etiam quod si testes fuerint absentes curia possit ipsum terminum prorogare quousque testis possit commode redire. dummodo allegans primo iuret absentiam testis, Et si aliquis testis fuerit citatus duobus vicibus et diversis diebus pro civili questione et non venerit coram curia ad perhibendum testimonium puniatur in decem sollidos denariorum pro quolibet et qualibet vice et personas. Et Potestas et vicarius dicti communis ad petitionem introducentis possit procedere per accusam denuntiationem vel inquisitionem contra ipsos testes et nihilominus curia coget ipsos testes seu testem ad faciendum ipsum testimonium. nisi vel testis fuerit absens

De salario soluendo in ciuilibus causis capitulo 6

Salarium in causis ciuilibus soluatur hoc modo videlicet quod quicumque pe-
tierit coram curia dicte vniuersitatis in iudicio aliquam pecunie quan-
titatem contra aliquam personam ciuiliter petendo soluat et soluere
debeat in cippo siue camerario communis quatuor denarios per libram
pro quantitate petita, et si petierit aliquam rem et non pecuniam te=
neatur ipse petens ipsam rem estimare cum iuramento de nouo pre=
stando quod salarium solui debeat per actorem tempore contesta-
tione litis uel iuramenti calumnie uel tempore facti precepti in casu ubi
preceptum fieret uel tempore pronunciationis tenute ante quam discedat de
palatio Et si dictum salarium non fuerit solutum modo quo supra se=
tentia preceptum litis contestatio iuramentum calumnie pronuntiatio te=
nute et quicquid inde sequitur non valeat ullo modo

Quod scripture inuente in insfilzis valeant capitulo 7

Petitio seu aliqua scriptura reperta in insfilzis que producta appareret
manu iudicis seu officialis coram quo producta fuisset ualeat et teneat
non obstantibus quod ipsa petitio seu scriptura non esset posita in dicto quin=
terno et non esset publicata manu ipsius iudicis et officialis eiusdem ha-
beatur plena fides et ipsa petitio seu ipse petitiones et scripture pro publi-
catis et autenticis habeantur, Et predicta locum habeant in preteritis
presentibus et futuris

De questionibus inter coniunctos et conuicinos compromittantur capitulo 8

Si lis questio seu scretium esset inter aliquos de dicta vniuersitate
et eius districtu coniunctos usque in tertium gradum consanguinita-
tis uel affinitatis inclusiue quacumque occasione modo iure uel cau-
sa Potestas et vicarius dicti communis possit ipsos tales coniunctos
discordes cogere et constringere realiter et personaliter ad peti-

17v

titionem cuiuscunqz ipo(rum) petentum infra viginti dies a die porrecte petitionis coram ip(s)a curia fuerit petitum et per pene impositionem ut ip(s)am litem questionem seu scretium compromictant in aliquos coniunctos consanguineos co(mun)es de iure et de facto, itaq(ue) de ip(s)o compromisso fiat publica scriptura cum pene appositione, et quicquid per dictos arbitros seu arbitratores fuerit laudatum sententiatum, preceptu(m) et dictum, dicte partes debeant observare et adimplere pena vigintiquinqz lib. den. si questio ascenderet summam vigintiquinqz librarum si uero a vigintiquinqz lib. infra pena decem lib. et si lis uel questio esset inter aliquos de dicta universitate uel eius districtu habitantes per maiorem partem anni in dicta universitate uel eius districtu qui sint conuicini q(uo)d eo casu compromictatur eo modo quo supra in conuicinos ipo(rum) dicte universitatis uel eius districtus in dictum terminum uiginti dierum et si de ip(s)o(rum) conuicinis non concordarent, tunc iudex, vicarius et consiliarij dicti co(mmun)is possint et debeant eligere duos homines de dicta universitate (et) de illo castro uel villa in quo dicti litigantes habitant qui ipsam causam diffiniant summarie de iure et de facto et q(uo)d per eos sententiatum et factum fuerit ualeat et teneat pena centum sollid(orum) denariorum de facto per iudicem auferenda qui contra fecerit pro quolibet et qualibet vice, et nihil(ominu)s ad penam contentam in compromisso una pars alteri teneatur ip(s)am litem questionem, seu compromissum per eorum sententiam diffinire et sententiare infra alios viginti dies a die facti compromissi in eos nisi de uoluntate partium eisdem arbitris et arbitratoribus terminus prorogatur sub pena et ad penam centum sollidoru(m) den. pro quolibet et qualibet vice et nihil(ominu)s arbitri et arbitratores cogantur ad dictum laudum et sententiam ferendam super ip(s)a lite seu questione in eis compromissa.

Quod non habens domum in d(i)c(t)a universitate debeat citari in p(er)sona capo 9

Quicunque de universitate castrorum Pustignani et Agri [illegible] distrectu [illegible] non habens in dicta universitate vel eius districtu aliquam domum propriam vel conductam in qua per maiorem partem anni cum familia habitaverit possit et debeat citari in civilibus et criminalibus causis per baiulum communis in platea ipsius communis publice et alta voce presentibus duobus testibus et secunda citatio habeatur peremptoria et contra tales sic citatos procedatur tamquam contra contumaces prout in capitulis civilibus et criminalibus continetur

De sapiente petito et qualiter — cap.° X

Item statuimus et ordinamus cuilibet liceat petere sapientem coram curia dicti communis poni et eligi in quolibet casu gravaminis civilis vel criminalis cause, et Potestas vel Vicarius teneatur et debeat ponere sapientem ad petitionem cuiuslibet petentis datis confidatis et deposito salario camerario dicti communis ab ipso petente, si fuerit questio cum communi, et si fuerit inter speciales personas teneatur ipse speciales personae dare confidatos et suspectos iudices et deponere salarium pro sapiente et nunciis euntibus ad sapientem, et consilium datum per sapientem predictum dictis nuncius reportem clausum et sigillatum sigillo dicti sapientis et quicquid consulendo dixerit dictus sapiens de iure super [illegible] dictis valeat et teneat pleno iure auctoritate presentis statuti et per partes predictas inviolabiliter observetur (exceptis a predictis collectis et imprestantiis per dictum commune impositis) in quibus nolumus presens capitulum sibi locum vendicare, nec etiam potestatem vel vicarium teneri ad dandum vel ponendum sapientem

Mulier dotata succedere non debeat ab intestato, capitulo XI

Mulier aliqua de dicta universitate vel eius districtu dotata a patre matre avo, avia, fratre, nepote vel quocunque alio non possit nec valeat succedere vel regressum habere ab intestato in bonis dotantis et fratruum suorum nepotum neptium et aliorum quorumcunque et quomodolibet attinentium in aliquo gradu ipsis dotantibus aliquam rem vel causam Sed dotibus datis vel promissis stare debeat et sit contenta itaque quod aliquod ultra dotes predictas petere vel habere non possit iure legitime trabellianice et supplementi legitime vel cuiuscunque alterius a quibus penitus exclusa, Et dotes predicte in locum legitime vel eius supplementi dicte mulieri debite et aliorum predictorum iuri succedere et venire intelligatur etiam si dicte dotes ad congruam et debitam legitime quantitatem ascenderent, et superstite ei aliquo masculo ex linea paterna usque in tertium gradum inclusive secundum ius Canonicum computandum, Et presens Statutum habeat locum in presentibus preteritis et futuris

Damnorum datorum liber quartus

De bestijs damnum dantibus in possessione seminata, capitulo 1.

Statuimus et ordinamus quod si quis damnum dederit cum bestijs grossis in possessione aliena seminata quocunque genere bladorum et leguminum a Calen' Settembris per totum mensem martij soluat dominus dictarum bestiarum sollidos duos pro qualibet bestia et vicequalibet, a Calen' mensis Aprilis per totum mensem Augusti soluat sollidos quatuor Sed bestie porcine et caprine semper habeantur pro bestijs grossis, Et si quis damnum dederit cum bestijs pecudin' in supradictis possessionibus soluat dominus dictarum bestiarum pro qualibet bestia minuta et vicequalibet denarios tres Sed a Calen' aprilis et per totum mensem Augusti pena duplicetur.

De bestijs damnum dantibus arboribus fructiferis, capitulo 2.

Item Statuimus et ordinamus qd' si quis damnum dederit ad nuces, mala persica castaneas glandes et alios arbores fructiferos hijs similes cum bestijs grossis ut supra incidat in penam duorum sollidorum pro qualibet bestia grossa et vicequalibet si dicti arbores steterint in possessionibus laboratiuis vel pratiuis et fuerit a Calen' mensis Settembris usque et per totum mensem ottobris Si vero damnum dederit quis cum bestijs pecudin' dictis arboribus existentibus ut supra in dicto tempore soluat Dominus earum denarios tres pro qualibet bestia pecudin' et vicequalibet, Et similiter si dicte bestie grosse vel pecudine damnum dederint in pratis siluis et alijs possessionibus bannitis in supradicto tempore respectiue incidant in dictam penam ut in presenti capitulo dictum est.

De bestijs damnum [illegible] Vineis et pergulis capitulo 3.

Item statuimus et ordinamus qd' si bestie grosse aliquius damnum dederint in vineis uel pergulis a calen' Martij usq3 et per totum mẽsẽ octobris tunc sequentis incidant in penam sollidorum decem pro qualibet bestia et quals uice Sed pecudes seu bestie pecudine damnum dantes ut supra incidant in penã triu' den' pro quals et quals vice in alijs uero temporibus anni, dicte bestie incidant in medietate dictarũ penarum ut supra respectiue dictum est.

De damnũ dantibus p[er]s[ona]l[ite]r uel cum bestijs in orto croco uel canepa cap.o 4

Item statuimus et ordinamus qd' si quis damnum dederit personaliter uel quocunq3 genere bestiarum in canepa dum steterit canepa aut in canepa orto uel croco quocunq3 tempore anni incidat in penam decem sollidorum pro quals et quals bestia et vice quals.

De bestijs damnum dantibus in pratis, Capitulo 5

Item statuimus et ordinamus qd' quicunq3 damnum dederit cum aliqua genere bestiarũ grossarum in pratis alienis a calendis Mensis Martij usq3 et per totum mensẽ Junij incidat in penam decẽ sollidor[um] pro quals bestia grossa et quals vice, pro quals uero bestia pecunina incidat in penam denariorum trium et quals vice.

De bestijs damnum dantibus ad metam uel barconem cap.o 6

Item statuimus et ordinamus qd' quicunq3 damnum dederit cum aliquo genere bestiarum exceptis pecudibus ad metam barconem siue archonẽ uel manipulos incidat in penã sollidor[um] quinque pro quals bestia et vice quals.

De damnum dantibus p[er]s[ona]l[ite]r in aliquo genere leguminũ cap.o 7

Item Statuimus et ordinamus qd si quis personaliter colligerit aliquod genus leguminum uel aliter dammum dederit incidat in penam quinque sollidorum pro quolibet et qualibet uice

De damno dan. in vineis et portan. tribus gruspis uuar. cap. 8

Item Statuimus et ordinamus quod si quis personaliter damum dederit in vineis pergulis uel ordinibus quibuscunque dum in eis fuerint uuae incidat in penam decem sollidorum pro quolibet et qualibet vice, Si quis vero inuentus fuerit portare vuam ultra et supra tres raspos seu racemos a Calendis mensis Augusti usque ad vindembias incidat in penam viginti sollidorum pro quolibet racemo et qualibet vice, liceat autem vnicuique cum licentia tamen vicarij et vnius uel duorum ex massarijs de suis vinea pergulis olim ordin ordinibus impune colligere et portare ultra tres raspos usque ad decem pro aliquo suo amico uel benefattore, De vindembijs massarij possint disponere prout eis videbitur et placebit

De damn. dantibus personaliter arboribus fructiferis capitulo 9

Item Statuimus et ordinamus qd si quis personaliter damnum dederit colligendo recolligendo uel cadere faciendo aut battendo in possessione aliena mala pera persica nuces castaneas glandes uel alios simeles fructus a Calendis mensis Augusti usque et per totum mensem octobris soluat vice qualibet sollidos quinque.

De inciden. in Silua Sterpare et alijs reseruatis co[mmun]is, cap. 10

Item Statuimus et ordinamus qd nulla persona a quatuordecim annis supra possit nec debeat aliquo quesito colore incidere neque deguastare siluam communitatis Pustignani et Apanci situm in vocabulo delle Sterpara de ditti luoghi nec aliqua alia Silua res

reservati per dictum communitatem in quocumque loco sine licentia dicte communitatis vel consilii sub pena ... ducatorum pro quolibet et vice qualibet et pro qualibet dictarum ...

De forensibus dampnum dantibus in territorio dictorum Castrorum cap. 11

Item statuimus et ordinamus quod si aliquis forensis inventus fuerit dare dampnum personaliter vel cum bestijs infra et intus confinia dictorum Castrorum in dictis temporibus modis locis et similibus ut supra in omnibus capitulis damnorum datorum presentis libri singula singulis congrue referendo incidat in penam viginti sollidorum pro quolibet et qualibet vice et qualibet bestia et quolibet loco, et plus et minus prout teneretur homo dictorum castrorum Pusignani et Apanei vigore talis vel similis damni dati in illo loco unde esset talis forensis secundum Statuta loci dicti forensis. Item quod si quis forensis inventus fuerit facere ligna vel palos vel fodere plantas vel aliud simile damnum in territorio dictorum Castrorum sine licentia massariorum eorundem Castrorum incidat in penam quinque librarum denariorum pro quolibet et qualibet vice.

Quod pene in commissis de nocte duplicentur capo 12

Item Statuimus et ordinamus quod in omnibus et singulis supradictis et infrascriptis capitulis damnorum datorum singula singulis congrue referendo pene omnes in commissis damnis datis de nocte in omnibus et per omnia duplicetur

Quod nulli liceat retinere ultra tres porcos Capo 13

Item statuimus et ordinamus quod nulla persona dictorum Castrorum possit vel debeat retinere ultra tres bestias porcinas in aliqua possessione laborativa ad penam duorum Carlenorum pro qualibet

bestias porcina ultra dictas tres et qualibet vice liceat tn̄ unicuiq3 forensi impune retinere et pascere quot et quantas bestias porcinas voluerit in dictis Castris aut Stabulis aut in terris et locis incultis. Excepto qđ si à calendis Settembris per totum octauum diem nouembris quis inuentus fuerit retinere pascer' in dictis terris incultis damnum dare ad glandas particulariũ soluat etiam penam duorum carlenorum pro qualibet porcina bestia ultra dictum trium numerum et qualibet vice.

Quod Vicarius teneatur exigere inuentiones infra x dies cap.^o 14.

Item Statuimus et ordinamus qđ Vicarius seu officialis dictorum Castrorum pro tempore existen' teneatur et debeat infra decem dies a die factæ inuentionis exigisse omnes et singulas pontaturas siue inuentiones damnorum datorum aliter dictis decem diebus elapsis et dictis inuentionibus non exactis uel de eis non factis pignoribus non possit amplius exigi quoquo modo

De bestijs pasculantibus in possession' in qua sunt ultra x pergulas 15.

Item Statuimus et ordinamus qđ à Calendis Aprilis per totũ mensem octobris bestie Caprine non possint pasculare in aliqua possessione in qua starent pergule à decem supra sub pena decem sollidorum pro qualibet capra et vice qualibet.

Extraordinarior(um) liber quintus

De modo imponendi collectas. Cap.o 1.

Ut in collectas imponendas iustus observetur ordo, statuimus et ordinamus qd' collecte in futurum imponende, imponantur et exigantur hoc modo vz qd' massarij qd' pro tempore fuerint pro occurrentijs dicti communis imponant tres partes de quinq(ue) partibus libre catasti, de reliquis duabus partibus, terciam partem imponant capitibus hominum et duas alias tertias partes imponant focularibus seu foco dicte universitatis, et sic tota quantitas datiuarum imponen(dorum) darij dividantur et exigantur ut supra.

De Custodijs faciendis Cap.o 2

Item statuimus et ordinamus qd' quandocunq(ue) et quotiescunq(ue) in dictis castris uel aliquo eorum diurnas aut nocturnas custodias fieri contigerit uel bannitum aut iussum fuerit non facie(n)s ea(m) uel eas soluat pena(m) quinq(ue) sollidorum.

De personis uel bestijs transeuntibus per possessione(m) seminata(m) Cap.o 3

Item statuimus et ordinamus qd' si quis personal(ite)r uel cu(m) bestijs per viam malitiosam transiverit per possessione(m) aliena(m) bannitam seu aliquo genere bladi uel liguminis seminatum incidat in pena(m) sollidor(um) quinq(ue) pro qual(ibet) persona et qualib(et) bestia et vicequal(ibet)

De habentibus possessionem iuxta viam Cap.o 4.

Item statuimus et ordinamus qd' qui habent possessione(m) iuxta viam communis debeant ire, redire et transire ad dicta(m) possessionem

per ipsam uiam et non aliunde sub pena sollidorum ... sed alijs pos
sessionibus non confinantibus cum uia communis detur uia additus
et recessus per breuiora et minus damnosa loca vicinorum, liceat
tamen unicuique tempore vendemiarum triturationum bladorum
vie et transire personaliter et cum bestijs ac etiam lapides et ligna
conducere sine pena soluendo damnum domino possessionis si
damnum fuerit

De volentibus plantare iuxta confines possessionis cap.o 5

Item statuimus et ordinamus quod si quis voluerit plantare uel pone
re in sua possessione versus et prope uicinum et consortem plantare
uel ponere non possit nisi fuerit intus in sua possessione per duos pedes
pertice a confinibus uiginti sol. et teneatur tamen arborem uel plan
tam remouere si fuerit proximior uicino quam per dictos duos pedes nisi
forte esset in confinibus murus uel sepes in quo casu non teneatur ad
penam.

De arboribus pendentibus in possessione alterius cap.o 6

Item statuimus et ordinamus quod arbores existentes in confini
bus possessionum et pendentes supra posessionem consortis nisi si
nt per decem pedes pertice supra retineri non possint sub pena
Viginti sollidorum et rami qui penderent in et supra possessione
consortis a dicta mensura infra possint et debeant amoueri, et
incidi tamen ad dictam penam procedi non possit nisi ad querelam
et petitionem consortis patientis et non aliter nec alio modo.

De extrahentibus terminos de possessionibus cap.o 7

Item statuimus et ordinamus quod si quis extraxerit uel amo
uerit aliquem terminum in et de aliqua possessione uel loco

incidat in penam quinque librarum denariorum pro quolibet termi-
no.

De proyicientibus turpitudinem de fenestra cap.o 8

Item statuimus et ordinamus qd' nulla persona possit nec debeat proicere aliquam turpitudinē de aliqua fenestra uel hostio contra et uersus aliquā personam sub pena duarū librarū den' pro qualibet vice, et si persona versus quē est proiecta turpitudo reuocauerit uel assumpserit ad se ad iniuria' persona proiciens incidat in penam librarum quatuor, et si aliqua turpitudo fuerit proiecta in aliquē locū alicuius particularis persone talis proyiciens incidat in penā viginti soli. pro quals et quals vice.

De sulco non mittendo per possessionem cap.o 9

Item statuimus et ordinamus qd' nullus possit mittere sulcum in possessionē in preiudiciū consortis, et si ad petitionem consortis non remouerit incidat in penam quinque librar. den' pro quolibet sulcho misso et insolito.

De occupantibus uias communis capitulo 10

Item statuimus et ordinamus qd' si quis occupauerit ingombrauerit uel aliter deguastauerit uias communis et non remiserit infra term.m uel preceptum ipsi factum per curiam aut uicarium soluat penam uiginti sollid. et tamen teneatur aptare et remittere dictam viam in pristinum statum

De lauantibus a molendino curti supra capitulo 11

Item statuimus et ordinamus qd' si quis lauerit uel aliquā turpitudinē fecerit in aliquo fonte exsistente supra molendinū curti perleonis

versus caput aque incidat in penam quinqз sollidorũ pro qualз persona et uice qualз

De mensuris et ponderibus adiustandis cap.o 12

Item statuimus et ordinamus qd macellarij et tabernarij et omnes alij vendentes teneantur et debeant retinere et habere respective pondere et mensuras iusta et sigillata et adriustata, et iustas sigillatas et adiustatas per manus massariorum communis pro tempore existentium uel maioris partis ipõr cum sigillo pondere siue mensuras dicti communis sed volumus qd cupporũ cuiuscunqз molendinarij sit ita et taliter adiustatum qd teneat et capiat tantum granum qd sit ponderis librar quatuor tm et nõ ultra sub pena viginti sollidorum pro quolз contrafaciente qualibet mensura pondere et cupporo non iustis non adiustatis non sigillatis et plus tenentibus ut supra dictum est. Volumus etiam qd nulla persona de pusignano possit nec debeat uendere vinum forense sine licentiã massariorum uel maioris partis eorũ, sed uendens uinũ de pusignano non possit ullo modo uendere vinum forense sub pena predicta viginti sollidorũ pro quolз uendente, et contrafaciente et uice qualз et in simili pena et toties quoties puniatur si quis non dederit iustum pondus et debitam mensuram vnuiscuiusqз rei quam vendendo ponderauerit uel mensurauerit.

De capientibus columbos cap.o 13

Item statuimus et ordinamus qd nullus possit capere aliquẽ colũbũ de columbario in aliquo loco cum aliquo genere retium pena duorũ carolenorũ pro quolз columbo capto et qualз vice, sed si quis ceperit quoquo modo aliquẽ columbũ ut supra iuxta et prope quamcunqз columbariam ad centũ pedes pertice incidat in penam unius floreni pro quolз columbo et uice ut supra.

Die xvj. 9bris 158[6]

Omnia retroscripta voluminis capitula, et iuris municipalis ordinamenta per me visa, reformatione pro nunc maturiori non videntur indigere, sed fore confirmanda, cum derogatione quatenus sique ostantsint, at in presenti codice reperiantur capitula diverta ac alia ordinamenta contra libertatem sacrosanctae sed. Apostolicae seu quomodolibet contra iurisdictionem et federa Ill.mae civitatis spoleti loquentia, seu sententia, illa tamquam illegitima censeantur irrita, cassa, et nulla, ac taliter et talia habeantur ac si nullatenus ordinata dicerentur, et in presenti volumine nunquam situata ordinata vel conscripta fuerint, non solum quod sed omni alio [...]. Corrigimus capitulum xviij primi libri, et dicimus in spoleti Potestatem pro tempore habere debere quartam partem damnorum dattorum [...] ita ut supra. dico ego Antonius [...] Ill.mi Ad. M.ci [...]

Priores Populi
Civitatis } Spolen

Premisseria Statuta Coram Nobis exhibita et Confirmari petita dummodo contra ecclesiasticam libertatem et iura cois Spolen non tendant annua presentatione semper salva et quo ad capitulum xviij primi libri et [...] tempore habeat quartam partem penarum damnorum datorum auctoritate nostra qua fungimur in premissis confirmamus et approbamus ac observari mandamus de voto [...] Cons.o sup.li Mag.ci [...] per presentes in quorum fidem [...] Spolen ex nostro populari Palatio die xvj Novembris M. D. LXXXVj.

Nicol. Benedictus Canc.

24v

Priores populi et Communitatis Spoleti

Preinserta statuta coram nobis exhibita et confirmari petita dummodo contra Ecc.ae libertatem et jura Com. Spoleti non tendant, annua presentatione semper salva, et quoad Capitulum xviii primi lib. et Potestas pro tempore habeat quartam partem penar. damnor. datorum autem nos qua fungimur in premissis confirmamus et approbamus ac observari mandamus. De voto consil. sup.ri M. D. Advocati [illegible] fisci Spoleti ex nro populi Palatio die 26 Octobris M. D. LXXXVII.

Fabius [illegible]

Priores Populi et Comunitatis Spoleti

Preinserta statuta coram nobis exhibita et confirmari petita dummodo contra Ecc.ae libertatem et jura Com. Spoleti non tendant annua presentatione semper salva et quoad Capitulum xviii primi lib. et Potestas pro tempore habeat quartam partem penarum damnorum datorum autem nos qua fungimur in premissis confirmamus et approbamus et observari mandamus De voto et Cons.li sup.ri M. D. Advocati [illegible] fisci Dat. Spoleti ex nro Pop.li pal. die [illegible] 8bris 1588

Manus [illegible]

Priores Populi Spolen
Civitatis

Preinserta Statuta Coram Nobis de more exhibita et confirmari petita dummodo contra ecc.mam libertatem et Iura Cois Spolen non tendant, a nra presentatione sem per salva auctte nra qua fungimur in premissis confirmamus et approbamus ac observari mandamus In quor fidem et Datum Spolen ex nro populari Palatio Die XXI 8bris 1580

Nicolaus Benedictus Canc.

Priores Populi Spolen
Civitatis

Preinserta Statuta Coram Nobis exhibita de more et confirmari petita dummodo contra ecc.mam libertatem et Iura Cois Spolen non tendant auctte nra qua fungimur a nra presentatione semper salva confirmamus et approbamus ac observari mandamus In quor fidem et Datum Spolen ex nro populari palatio Die 13 8bris 1580

Nicol.s Bened.s Canc.s

Priores Populi Spolen
Civitatis

Preinserta Statuta Coram Nobis exhibita et confirmari petita dummodo con. ecc.mam libertatem et iura Cois Spolen non tendant auctte nra qua fungimur confirmamus et approbamus a nra presentatione semper salva In quor fidem et Datum Spolen ex nro populari palatio Die 13 8bris 1590

Nicolaus Bened.s Canc.s

Priores Populi Spolet.
Civitatis

Preinserta statuta coram nobis l[ice]t ex[tr]a tempus exhibita creconfir-
mam penis dummodo q[ue] ecc[lesiasti]cam libertatem et iura c[omun]is Spolet[ii] non
tendant ex decreto cons[ilii] et auctoritate qua fungimur confirma-
mus et approbamus ac observari man[da]m[us] penas et no[n] solut[as]
debito tp[o]re preter [illegible] incursi [illegible] ex
decreto [illegible] in quorum fidem [illegible]
Spolet[ii] ex n[ost]ro populari palatio die [illegible] 1592

Nicol[aus] Bened[ictus] Canc[ellarius]

Priores Populi Spolet[ii]
Civitatis

Preinserta statuta coram nobis exhibita l[ice]t ex[tr]a tem-
pus et confirmari penis dummodo contra libertatem ecc[lesiasti]cam
et iura c[omun]is Spolet[ii] non tendant ex decreto [illegible]
et auctoritate qua fungimur confirmamus et approbamus ac ob-
servari mandamus penas et non solutas debito tp[o]re p[re]terita
tionem incursas [illegible] ex decreto [illegible]
remittimus et condonamus in quorum fidem [illegible] Spol[eti]
ex n[ost]ro populari palatio die [illegible] 1595

Nicolaus Benedictus Canc[ellarius]

Priores populi Spoleti
Civitatis

Preinserta statuta coram nobis exhibita confirmari [illegible]
contra ecc[lesiasti]cam libertatem et iura c[omun]is Spoleti [illegible]
[illegible] auctoritate qua fungimur confirmamus et approbamus [illegible]
[illegible] in quorum fidem [illegible] Spoleti ex n[ost]ro populari [illegible] die 31
[illegible] 1595

[illegible]

Si come [illegible] del capitolo de [illegible] per piena fede de la [illegible] qual [illegible]
[illegible] bulla [illegible] confermatione [illegible] lettera da
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] de la
[illegible] [illegible] die et anno [illegible]

[illegible]

Priores populi }
Civitatis } Spoleti

Praeinserta tabula coram nobis exhibita, ac confirmari petita dummodo contra ecclesiasticam libertatem, ecclesiarumque Spoleti non tendant [illegible] praesentatione [illegible] salva [illegible] confirmamus et approbamus, et observari mandamus in quorum fidem [illegible] Spoleti et [illegible] populari palatio die 31 octobris 1596

Alexander Riccardus Canc.

Priores Populi }
Civitatis } Spoleti

Praeinserta tabula coram nobis exhibita, et confirmari petita dummodo contra ecclesiasticam libertatem [illegible] Spoleti non tendant [illegible] [illegible] salva [illegible] confirmamus [illegible] et observari mandamus in quorum fidem [illegible] populari palatio die 26 [illegible]

Marcus [illegible]

26v

Priores Populi Civitatis Spoleti

Suprainserta statuta coram nobis exhibita, et reformari petita dummodo cedant utilitati, et libertati, et iura Comm. Spoleti non tendant, auctoritate qua fungimur approbamus, et observari mandamus, annua confirmatione nobis reservata. Datum Spoleti, et ex pallatio publico die 28 8bris 1598.

Franciscus filius Catalucci Canc.

In Dei Nomine Amen. Anno ab eiusdem Domini Nostri Jesu Christi salutifera nativitate millesimo quingentesimo Nonagesimo Ottavo Inditione et tempore Sanctissimi in Christo patris et domini nostri Clementis divina providentia Papae Ottavi anno eius septimo...

Congregata, et coadunata in valido, et sufficienti numero publica atque generali ... sive Consilio Universitatis, et hominum Castri Aparei [illegible] Spoleti districtus ... et diceti octo dies ante per tres varias bandimenta de commissione spectabilium ... Guidi q. Sr Johannis, et Horatii q. Pasqui Massarii eiusdem Castri bandita, et promulgata per loca solita, et consueta eiusdem castri prout moris est per Fulvium q. Francisci publicum bailivum, et Juratum nuncium eiusdem castri prout mihi [illegible] Canc. retulit in qua quidem ... sive Consilio interfuerunt supradicti Massarii, et infrascripti homines ... Abolfi Flaminius q. Jo. Felicis [illegible] q. Pasuti, Bernabeus q. Pasuti, Laurus Abolfi Bartholomeus q. Mattei et [illegible] q. Francisci [illegible] dicti Castri Aparei in unum congregati, et coadunati ... Sancti Johannis dicti Castri in qua gebus, et negotijs ... agendis ... solent, et nunc per effectum infrascripta ... quibus petitum fuit ... omni modo melius etc.

Quelli che non vanno al Consiglio.

Super eo denique ante ... liceat ... et ... Domino ... melius dicendi et ... omnino ... non ... alijs ... etc.

[illegible] vir Lucillus Abbatinarius ex d.is hominibus in d.a Adunanza existens surgens
[illegible] [illegible] ad arengheriam, et effectualiter [illegible] consilium implorato prius suffragio accepto juramento
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et consulit quod intra 15 dies, et consultò [illegible]
[illegible], et effetto nessuno Notaro della [illegible] Albergi né meno alcuno altro
[illegible] tre miglia discosto non sia ammesso ne possa fare ne essercitare
mai in alcun tempo nel Castello di Anagni l'officio del Vicariato overo Canc.ria
et chi le proposte consultate o vero in qualsivoglia modo causasse contradi[re]
incorra in pena di ess. fatto di Scudi Dieci [illegible] da guadagnarsi
et guadagnarsi [illegible] [illegible] contravenera da applicarsi secondo l'altre pene
Statutarie, et acciò che perpetuamente si habbia da observare d. [illegible] [illegible] parte
confirmarla se habbia da mettere nello Statuto, et faciat confirmare
dalli SS.ri Superiori etc.

Surgens vir [illegible] q. [illegible] Johannis [illegible] unus ex d.is hominibus in d.a Adunan-
za existens surgens etc. consulendo confirmavit prefatum consilium ut
supra redditum per d.m [illegible] consultorem etc.

Denique prefatum consilium ut supra redditum per supradictum [illegible] consultorem [illegible]
vina voce, et nemine discrepante [illegible] obtentum, et decretum [illegible] [illegible]
modo meliori etc.

Surgens vir Flaminius q. [illegible] Felicis unus ex aliis d.is hominibus in d.a Adunanza
existens surgens de more, et effectualiter [illegible] consilium implorato prius suffragio
accepto juramento tactis etc. [illegible] [illegible] [illegible] et consulit quod intra [illegible]
15 dies, et consulto atteso che molte volte li negotij della Città patiscono per
[illegible] nel potere radunare il Consiglio che si [illegible] [illegible] ogni volta
che sarà bandito il Consiglio overo Adunanza [illegible] [illegible] soliti, et [illegible]
di detto Castello tutte quelle persone che si ritrovaranno [illegible] di detto
Castello mentre sarà bandito d. Consiglio overo Adunanza siano tenuti
et abbiano [illegible] per [illegible] andare a d. Consiglio, et dell'[illegible] [illegible]

Confirmo etiam ac sana mente et corpore, propria ...
ac utriusque forma, et per attestationem verba cum ...

Pandens ac Bernardus q. Pasentij unacum aliis hominibus ...
surgens ac ... confirmans praefatum consultum ut supra ...
Flaminii consultatorem &c.

Demumque praefatum consultum ut supra reddiderunt praefato Flaminio consultatori ...
... et nemini discrepante, nullo obstante, et decreverunt ... omni ...

Actum ubi supra praesentibus ut supra testibus &c.

Et quia ego Mandricardus Pasentius de Campelli ... publicus imperiali
auctoritate Notarius, et Judex Ordinarius ... et Iudex Ordinarius
... Aparei ... omnibus et singulis dum ut praemittitur agerentur, et fierent ...
praemissis testibus interfui, et praesens fui eaque rogatus scribere ...
in ... publicam formam redegi, et in fidem praemissorum me subscripsi et signum
meum solitum, et consuetum hic infra apposui publicum rogatus, et requisitus



Signum mei Mandricardi Pasentij Not. Janued.

[illegible] reformationi [illegible] me [illegible] quoad penas non [illegible] ad consilium sive [illegible] non aut quoad alia [illegible] ego Christophorus [illegible] [illegible]

Priores Populi Spoleti
Civitatis.

Preinserta statuta ac reformationes coram nobis exhibita ac confirmari petitas in his que a d. Advocato nostro [illegible] confirmamus dummodo contra [illegible] libertatem et iura communis Spoleti [illegible] [illegible] quam fungimur approbamus, et observari mandamus annua presentatione semper salva. [illegible] Spoleti ex populari palatio die 21 [illegible]bris 1599.

Franciscus [illegible] Catalut. Canc.

Priores Populi
Civitatis Spoleti

Preinserta statuta et reformationes coram nobis exhibita et confirmari petita, dummodo contra Ecc.ae libertatem, et iura communis Spoleti non tendant, annua presentatione semper salva, confirmamus, et observari mandamus [illegible] [illegible] Spoleti ex nro populari palatio die 31. Octobris 1600

Laurentius Leoncinius not. Canc.

Priores populi
Ill. civitatis Spolet.

[illegible] statuta coram Nobis exhibita, et [illegible], et confirmari petita [illegible] extra terminum, cum in ult.a [illegible] comparuerit, et diceret

28v

Et gratia Ill. Cons. die 5 novembris et [illegible] dummodo contra li-
bertates ecc.mae et iura com.is Spolet. non tendant, [illegible] qua fungimur et
fungimur, annua praesentatione temporis salua, approbamus et confirmamus.
[illegible] fil. Dat. Spolet. ex nostro popul. pal. die 9 novembris [illegible]

Evander [illegible] Canc.

Priores populi
Civitatis Spolet.

